APERIENTIBVS pellis vtimur cūm lubet reuocare vteri suppressam vacationem, & oscula venarum vteri referare.

Aperi.

Parantur ex melle, artemisia, dictamno, brassicæ succo, radice dulci, porri succo, ruta, scammonia, &c. Hippocrates vtitur colocynthide, elleboro albo, elaterio, succo tithymali, cantharidibus, flore æris. Sunt & composita, vt vnguentum Agrippæ, Ægyptiacum.

ASTRINGENTIBVS pellis vtimur, ad fluxum muliebrem cohibendum, expansum vterum contrahendū, prolapsum repellendum.

Astring.

Parantur ex omnibus medicamentis (sine morsu & fœtore aut fragrantia) adstringentibus; qualia plurima referuntur apud Æginetam libro 7. cap. 12. de pastillis, & lib. 7. cap. 16. de collyriis. verūm nullus vberius nec doctius *τὰ ἀσθενήματα* vnquam enarravit Hippocrate, lib. De Naturā muliebri: & illis duobus quos *τὰ ἀσθενήματα* inscripsit.

Qua noua, salutariq. arte, pessi, ex argēto & auro exsculpantur, foraminibus hâc illâc peruij: quibus hiare cogitur ceruix vteri, ac sursum ruens vterus reuocetur, scribemus capite **DE VTERI STRANGULATIONIBUS; ET DE VLCERATO VTERO: TYM DE PROCIDENTIA VTERI.**

ΚΛΥΣΤΗΡΙΟΝ, CLYSTER vel **CLYSMA**, id est ablutio, a *κλύω*. **Enema, iniectio.**

IBES, Ciconiæ haud dissimilis in Ægypto auis, Clysterium vsu hominibus

hominibus intulit: dum enim illi non ex officio respondet aluus, rostro aqua marina repleto, longanem proluit. Vetustissimum remedij hoc genus est: nam Herodotus in Euterpe, scribit Aegyptios singulis mensibus per tres dies continuos potionibus uti, clysmis, ac vomitibus: ac sanissimi hominum hi sunt post Libyas. vocare hoc videtur Herodot. *συρμυξία*.

Aegyptij.
Aegyptij
mirra
in clysmis

Modus.

Accipit liquoris ferè libram, mellis & olei ana ℥ iij. salis drachmam. Veterum clyster constat ex mulsæ libra j. olei vnciis tribus, & salis drachmis ij.

Clyster seu ablutio, est iniectio fedi propriè dicata, cum restagnat aluus. verùm quibus ex causis id fiat, explorandum.

Alui ignave causæ.

Subsistit etenim aluus, aut resolutis circularibus fibris intestinorum; aut cum motu peristaltico ad superiorem aluum refunditur excrementum, (vnde Dyspnœæ initia in acutis morbis) hinc subiectæ glandes interdum ore redduntur: aut febrili calore, tum partium nutritioni dicatarum ardore, ὄχιμαστος stercoris exhauritur: aut ob contumaciam rei coquendæ; anive musculo à frigore constricto, ut iis euenit qui diu in saxo frigido sedent: argumento est, fetus ex aquæ halitu tepidiore (contraria nempe vi) sphyncterem laxans, aluumq. soluens. Antiqui utebantur ex aqua sola dulci tepida, vel oleo oliuæ, vel his remixtis. Iam ditioribus oleum amygdalinum conuenit.

Vi. de.

Fiunt ex quatuor vel quinque herbis, decoctis ex aqua ad libram vnâ: Cui remissent saccharum,

mel, & pharmaca lenientia (ut est cassia, elect. lenitiuum) olea, qualia sunt chamæmelorum, violarum, anethi, liliorum alborum. ouorum vitellos duos, aut vnū (vocat Hipp. *χλωρόν τ' ὄν*) miscent & albumen, ut nempe fuerint variæ rerū agendarum indicationes. Salis quid addunt, ut ℥ j. Veteres in Clysmatis loco salis, nitro utebantur, ut docet Alexand. i. problem. imò P. Bellonius refert Aegyptios aliosque populos nitro uti pro sale. Sed inedia eius apud nos est: attamen inter cappares ex Alexandria aduectos, Patavij sæpe vidi.

Ratio clysteris
ut per tempus

Nitro pro sale olim usum

CLYSTER constat ferè ex lib. i. liquoris, ol. ℥ iij. & ex ℥ ij. pharmacorum, ut electarij lenitiui &c.

Ratio, si in ma clysteris

Ad octo hæc plerumque præscribitur:

vsus.

Ad Molliendam aluum duritia fœcum strictam: qualis hic est verè emolliens, cohibitas fœces deducit.

℞. herbarum emollientium, pariariarum ana M. j. radicum althææ, & liliorum alborum ana ℥ j. s. (nam in Clysteribus non superent radices ℥ ij.) seminis lini, & fœnigræci ana ℥ s. anisforum ℥ ij. ficuum pinguium N. iij. si. decoctio ad lib. j. In colatura dissolue cassiæ pro Clysteribus, mellis violati, butyri recentis ana ℥ j. olei violati ℥ iij. misce, si. clyster. In inedia iam præscriptorum ℞. olei oliuarum tepidi, lib. j. si. Clyster.

Emollientia

Quantitas medicam in clysteribus

℞. olei oliuarum, butyri ana lib. β. si. Clyster.

Clyster simplex ex oleo oliuæ

IRRITANDAM alui excretricem vim. tunc absint olea, & viscida, nisi vetusta fuerint.

vel ad

Humores euacuandos, cum
pharmaca non ferant, ut
senes, pueri, & fractis
qui viribus languent.

Ventos, flatusque.

Aluum stringendam.

Ulcera intestinorum de-
tergenda, aut ad ea con-
solidanda, ut sarcoticis
& epuloticis.

Ad alterandum intemperiem in
intestinis locisque proximis con-
cepta. & ad doloris vehementiam.

Horum exempla serie quadam
in capitibus, De purgantibus, De
colico dolore, De dysenteria, & De
febris videte. Id notandum ut,
dum agaricum, vel colocynthis vna
coquitur, lineamento excipiatur.

Vbi secretrix facultas cum fecum
duritie sopita languet (quod plerum-
que euenit) hoc Clystere vtemur.

℞. 4. herbarum emollientium ana
M. j. seminis carthami ℥ j. sem. fœ-
niculi, anisorum, cari ana ℥ iij. si. de-
coctio ex aqua. ℞. præscripti deco-
cti lib. j. hieræ simp. vel diaphœni-
ci, vel benedictæ laxatiuæ aut elect.
Indi maioris, aut de citro ℥ β. mellis
despumati ℥ j. salis communis ℥ j.
(vsq. ad duas) vel salis gemmæ ℥ j.
vel ℥ s. olei chamæmelini & viola-
rum ana ℥ j. β. mis. si. Clyster. Acrior
erit sine oleo obtundente vim sti-
mulantis remedij: vel sit oleum ve-
tus. Et beta, brassica, parietaria &
mercurialis, à nitrosa vi, alium cient:
cum melle & sale, & cum compo-
sitis purgantibus ut hiera: & in qui-
bus est colocynthis vel scammo-
nium, ut pil. cochiarum ℥ ij.

Clyster anodynus, id est, dolo-
rem ventris sedans.

℞. florum chamæ. meliloti, sum-
mitatem anethi añ p. ij. radicis al-
thææ ℥ j. si. decoctio ex lacte. in co-
latura dissolue sacchari albi (nam
rubrum mordacius est) ℥ j. s. vitellos
ouorum N. ij. ol. anethi, chamæ. añ
℥ j. vel ℥ j. s. mis. si. Clyster. Diu re-
tineatur; nam temperatus est. Cly-
steres qui flatus dissipant, fiant ex
decocto origani, calaminthæ, rutæ,
chamæmeli, anethi, cum semine
anisi, fœniculi, cari, cumini, apij, li-
uistici, seseleos, baccis lauri: In de-
cocto soluatur mel rorismarini:
elect. de baccis lauri, cum oleo ru-
tæ, lauri, anethi, vel chamæmeli, vel
ex oleo nucum sincero, cum vino
maluatico, hiera, benedicta.

Refrigerans Clyster. vbi refrige-
randum, succulentas herbas misce-
mus frigidas: ut portulacam, lactu-
cam, fol. violarum (nam perennant
sæpe toto anno) folia cucurbitæ,
melonum, cucumerum, horumque
semina, hordeum.

Cautio. sint frigida hæc, humo-
re madentia, sine vlla astrictione.
Attamen incunte inflammatione ali-
qua, minimè à plantagine, portula-
ca, rosis, similibusque abstinemus.

C A V T I O.

Q V I D A M existimant Clyste-
ribus remiscendas res esse peculia-
riter partibus dicatas, ut in potibus
fieri assolet: Nam cum vitium cere-
brum fecit, clysteres ex bethonica,
stœchade, maiorana ex tenuisque ce-
phalicis herbis confectos iniiciunt:
ut & in aliis partibus malè affectis,
aliis remediis vtuntur his amicitia
iunctis. Verum id alienum à men-
te Galeni esse videtur, qui 6. libro

De lo-

Exempla
Clysterum
in de corpore
lib. 1
C A V T I O ubi
de purgantibus
lib. 1

Emolliens
& stimu-
lans.

Dolorem
mitigant.

Ad fla-
tus.

Refrige-
rans.

De locis affectis 2. scripsit, superioribus intestinis laborantibus potionibus succurrendū esse: at inferioribus affectis, clysteribus opitulandum. etenim potiones vim suam toto corpore fundunt, ductuq. venæ cauæ (cui se inserit) vndique traiciunt. Summa etiam cautione hoc nota. In usu pharmacorū purgantiū, cū illa votis non respondent, sed in corpore dum titubant, Pragmatici hæc enemate euocant, non dextrè nec tutò, inquit Oribasius. Dum enim turget mole allabentium succorum ac vi pharmaci intestinum, aditu excluditur remedium. Glandè itaque, hoc auctore, subiecisse profuerit, ex melle, cum semidrachma salis, fellis bubuli, & succi ciclamini: vel, flatibus prementibus, cymini addemus semen. vel saltem acrius clyisma exiguâ copiâ infundatur, vt ad octo vncias. vel sorbeat iusculum carnis cum sale vel saccharo.

Copia.

QUANTITAS Clysteris varia esse debet, vt hominum & morborum conditio postulat: vt in vtero quæ gestat mulier, & pueri, nō æquè copiosè uti debent: ita nec magna copia in dysenteria, colico, hydrope aut facibus duris cū renitur aluus, utilis. Ne, vt inquit Ruffus Ephesius lib. De Vesicæ & renum affectibus, renes comprimat.

Pueris vnciæ tres, adolescentibus selibra, adultis ad sesquilibram infunditur.

Qualitas

QUALITAS. tepidus iniiciatur: nam neruosis partibus frigus bellum indixit.

Modus.

VTENDI MODVS. ita iniici debet, vt qui imponit, semper agri colli-

met caput, vt nempe per corpus Clystere caput petere sibi videatur, ita recto tramite, ad intestinorum cauum infusionem proiciet. Initio sensim infundat: nam impetu si iniiciatur, flatu sursum pellit: hinc tormina. Ager ore sit hianti, id laxat abdominis musculos. In figuram se curuet semilunarem, ac in dextrum latus decumbat: nam ita alluet ac rigabit omnia intestina. Accepto clystere supinus aliquandiu iaceat, mox in latus si quod dolet, se vertat. Antiqui supinis imponebāt, adductis cruribus, vt notat Aegineta lib. 6. cap. 78.

TEMPVS; longè à pastu, ne chylum ventriculo vnà eripiat. Et vt monuit Aegineta lib. 1. cap. 44. His assiduè non vtendum, ne his assueta natura officij sui immemor reddatur.

UTILITAS.

Nulla corporis pars est quæ utilitatem à Clystere ritè dato non sentiat: quoque aluo vicinior fuerit, manifestius ab his recreatur. vt vterus, vesica, mesenterium, renes, lien, & ob rectitudinem caput consecutione quadam tangitur. Clysterum varietatem maximam apud veteres (vnde & iam doctioribus petere licet) scribit Oribasius, Collectaneorum lib. 8. cap. 24. Ex sententia doctissimi medici ac antiquissimi Rufi, & Lyci, & Mnesitheii. Hinc petant, qui antiquam medicinam amant, in omnè morborum varietatem. Ita ad diuersos affectus serie quadam hos describunt, Andernacus, Rondeletius & Weckerus: & iniectiones in

Observatio.

Enema non prebat in iniuriis p. 280. a. 6.

vid. in p. 280. a. 6.

Repletis minima copia.

Qualitas


Modus.

uterum, & vesicam. Sed nos Methodi legem violare hic nolumus: sed quæ partibus dicanda, his, illa


dabimus, vbi, S. DEO annuente, de morbis in singulis partibus scribemus.

CLYSTERIS CHARACTER, VT QVIS IPSI SIBI LIQVOREM INFVNDAT.

Si quis sapius vti Clysmate velit, instar syringis paruum instrumentum emat, capax quatuor vel quinque vnciarum: id sibi quisque facile imponet.



Alius per æstuarium.



Alius per vesicam.



A Ex Corio tenui attamē solidissimo, characterem mentiatur intestini crassioris: fabricetur ad idam eius longanenis, quo vinū migrare cogitur integris cadis. follibus impulsū. Ea sit amplitudine qua liquoris sesquilibra excipiat.

B Verticulum ligneum, quo voluimus annexum corium.

C Annulus ligneus, latus tres digitos, cui verticulū incumbit, vt tutò voluatur.

D Fistula ex vno ligno facta, cui corium annectitur, cum vsus postulat, loris.

F Fibula

F Fibula. his corrigia traicienda, ut loco stabili reuincta fistula firmari, cōtinēriq; possit, ne unā vertatur, cum volumus corium A.

F Sedi hac fistula immittenda.

Alius.

a Æstuarium, quod mulieres pedibus

Fieri itidem poterit ex corio, ad ideam chartacea laterna, quam plicis pueri per hyemem fabricari solent. Sidit enim in se facile, & commodè exprimitur, varia illa plicatura, dum ano premitur. Alias multas formas enarrat Arculanus, in praxi sua, ubi de cura colici ventosi.

DECOCTA APOZEMATA, id est, feruesacta, quod in illo liquore inferbuere herba. & **SERAPIA.**

Ditiones, Macerationes seu infusiones quas Diluta Latini, Græci ἀποζέματα: & emulsiones.

VETERES multa, remedia incoquebant, ac ius dabant vice apozematum. Quanquam apud Græcos Nicol. Myrepsus sectione 19. plurima decocta descripsit. At syrūporum compositioni oxymel occasionem dedisse videtur; mox enim Arabes oxysacchar effinxere: Etenim oxymelitis vsus & ante Hippocratis ætatē notus fuisse videtur. quo etiam ad febres ac; utitur Galenus.

Vsu.

Præscribuntur, ut partes in pristinam temperiem, à qua abierant, renocentur; aut ut præparent ante purgationē humores, qui ita facilius cedunt pharmaco trahenti, & naturæ expellenti. Nec ab hac lege abeunt Hipp. 2. Aphorismorum 9. & Galenus eo libro quem ad philosophum Glaucōnem scripsit primo, in tertiana notha abstinētia abstinere iubet ante septimū diem elapsū. Sed eodē modo & nos decoctis ac syrūpis (ut ad edomandam ferocitiam vim iulapii) crassos

subiiciunt.

β Foramen quod peruadit Clysteris fistula, ut leniter diductis natibus inseratur.

γ Clyster qui terra impositus, natibus premitur, & ab æstuario compressus exprimitur.

humores attenuabimus, lētos incidemus, ac viscidos abstergebimus: ut his subsidiis naturæ excitetur vis, obstructa liberentur, materiaque præparetur, ac corpus reddatur εὐρόν, id est, meabile, ne fiat via vi, sed ut sine offensione partium, placidè inoffensoque cursu, humor ad exclusionem feratur, acrique ferant alacriter. Hæc ut in vsum trahantur, optimè elucet in historia curationis febris cottidianæ: ac capite De præparantibus remediis, huius operis libro secundo, quibus bilis pituita, &c. ad exclusionem parentur, latè prosequemur.

QUALITAS.

Decoctiones propriè sunt, cum radices, folia, semina, flores, aromata, ligna, fructus, vel quodcūq; coquitur in aqua simplici, aut liquoribus destillatis, vel vino, multa &c.

Interdum his decoctis vini aliquid, vel aceti additur, ut præptius res coctæ sese in habitum corporis traiciant, efficaciusq; contumaciorē materiam tenent, ac edomēt, vni que medicatam ebibitam partibus corporis insinuent.

QUANTITAS.

Fit hæc decoctio sæpè ad libram vnam, vel sesquilibram, ut ter vel quater

Conferre a
illa torn

In tendim in
rt accm d
hir affim

quater æger ex his bibat. Augetur aqua copia cum duriores res (ut radices) amplio rem coctionem efflagitant; aut cum infusis, maceratisque diutius remediis, plurimum decocti euanescent in auras. Quare sæpè hæc iudicio pharmacopola relinquunt medici: & nulla ascripta aqua copia, dicunt: q. s. hoc est, quantum sufficit. fructus induntur ad alterandum par. iiii. vel v. ad laxandum, copiosius xx. Flores imponuntur à p. j. ad p. iij. herbae ad M. iiii. semina ad drachmas sex: radices, ad sescunciam.

Recentes, succiq. plenae herbae, ac radices, ex quadruplo liquore coquantur, dum ad tertias redeat. ut aquae librae tres, ad duarum exhaustio nem: vel mediae partis consumptionem.

Sicca verò ex sextuplo madore, dum in quadrantem vanescat: ut vna libra siccarum, ex sex humoris libris, dum restibilis sit sesquilibra, coquatur: ita integrè vires prolectabit liquor.

Verùm hæc coctionis immota constansque sit lex:

Quodque remedium coquendum hæctenus, dum vim omnem exuat ac in liquorem ponat, nec perdat eam liquor.

Radices imponantur ab ℥ j. ad ℥ ij. vel iij. (maximè si vrina, aut sudor mouendus) ut nempè pro multis vicibus paratur remedium. Etenim pro vna exhibitione à ℥ iij. ad ℥ j. iniiciantur, ut vis earum fuerit. In purgationibus sufficit ℥ s. aperientium: ne ad vrinas abeant, nec aceto aut vino macerentur: sicca radices, ut Iridis & Helenij ad ℥ iij. A baglos-

si radice abstine, ob lentorem.

MODVS.

Demum talis decoctio colatur interdum leniter, interdum forti expressione: & modò multum coquitur, flagrantique igne; modò mitius, ut res coquenda postulant, nam herbae tenuioris substantiae ad quartae partis (nempe liquoris cui incoquantur) consumptionem elixandae, ne viuida tenuisque herbarum vis euanescat.

Talis tum liquor à practicis Decoctio vocatur: Hæc clara redditur remixto (dum spumescit) albo oui vno, ad libras duas liquoris: ac scopulis vnà miscetur, id visci in morem secum educit spumam. Hoc fiat dum plurimum feruet coctio.

Primò coquantur radices, deia imponuntur folia & semina, hinc fructus, tandem flores & aromata; nam eorum vis facile tenues abit in auras nimia coctione: ita piper inspergi solet remediis, & cibus; non coqui. Et hoc est secundum artem coquere. Viscosa, ut lini, & fani-græci semen linteum immitte.

MODVS VTENDI.

Tandem dulcorantur saccharo, vel syrups adduntur: librae decocti, uncias tres fere syruporum adiicimus; aut succum aliquem addimus; citreorum malorum, auranciorum, granatorum, vel herbae alicuius. Demum sæpè aroma afflatur ex cinnamomi drachma; vel scriptulis duobus santalorum alborum, nucisue myristicae.

CAVTVO.

Non est perpetuandus apoze-matum

*Aqua quæ
fitur*

*Simplicia
in igne
liqua*

*1/2 libras
radicum
Dosis pro
vna exhibi-
tione*

*libra aqua
da sunt ℥ j. santal. in aqua*

matum purgantiū vsus per febres: nam vires eneruant. Diureticum in seminibus frigidis maximè confedit in corticibus: nam medulla humectat & nutrit.

tiam sapor concilient, aut à corruptione vt vindicent cocta remedia: Hinc succis plus sacchari damus quàm decoctis; quòd cùm effica-ciores sint, faciliùs putrescant.

Observatio de duratione.

Exemplum in febribus.

℞. cichorei cum rad. acetosæ, endiuix ana M j. sem. 4. frig. mai. ℥i. rad. graminis, asparagi, maceratarum in aceto ana ℥iij. fi. decoctio ex aqua, ad lib. j. Colaturæ claræ adde sacchari albi, succi auranciorum, vel granatorum, aut syrupi de acredine citreorum ana ℥iij. vel in fin. decoctionis, adde aceti acerri-mi, & mellis optimè despumati ana ℥iij. (nam ita vim oxymelitis bibet) fi. apozema clarum. quod aroma trahat ex santal. alborum ℥ij. Vbi bilis in vitio est, (vt in tertianis febribus) vtile istud remedium. Varias formas caput De præparantibus remediis narrabit.

Ita syrupus de boragine, æquam ferè partē sacchari postulat: at dum excoquitur syrupus de acredine citreorum, quia sapor eius acrior, ac vehementi vi præditus, ad sesquilibrium succi, remiscet libras tres sacchari. Verùm qui syrupi ex infusis fiunt herbis, æquali parte sacchari contenti sunt, vt syr. fl. nym-phææ: syr. ex multis infusionibus rosarum vel violarum.

Fabrica.

Suavi phit p...
runt sacch...
quum dore...

℞. infusi ℔. ij. β. sacchari lib. ij. hæc iungantur: coque ad consistentiam syrupi.

Fiunt hæc apozemata, decocta, & syrupi, vel ex vna æqualiq. vi præditis rebus, (qui non malè simplices dici possunt) vt ex scariola, endiuia, cichoreo, taraxico, acetosa & similibus: vel varia potentia valentibus; (qui cõpositi vocari possent) his vtimur in affectibus implicitis, maximè toto euacuato, febribus morbisq. declinantibus, vt cum syrupo Byzantino: syrupo de 5. radicibus. Interdū cùm partim aluum, vrinasq. mouere volumus, partim præparare, vt in febribus lōgis cotidianis, vbi non expectatur subita excretio, naturæ vi crissim moliente, tunc ficus decoctis addimus ac passulas copiosius, carthami semen, agaricum recēter trochiscatū. nam in his vt sunt gradus coctionis, ita & purgationis esse debent. Sin bilis vitiū fecit, miscemus pruna, tamarindos, syr. rosatum solutiū, syr. de cichoreo cū rhabarbaro. si melan-

Vnde.

Quando non...
ist Sympo...

1 Quia in m...
Sunda d...
vir p...
quid h...
2 Syr. ad b...
hinc h...

Mel decoctis addimus, ad pituitæ absterisionem, aut cùm thoracis regio pituita madet, cerebrumue frigore torpet. Mel enim attenuat, calfacit, & expectoratū promouet vberius quàm saccharum. Hinc syrups de arthemisia & stœchade ex melle composuere vetustiores. Ego vbi pituita domanda, cū decoctio ad finem venit, misceo mellis & aceti ℥iij. cuiusque. Sapa additur cùm à catarrhis metus est; minus enim acredinis gerit, quàm mel, ac stringendi quadam vi valet: hinc Galenus ad defluxus parat diacodium ex sapa.

SYRUPUS. quasi Syria opoi, vt Her-molao videtur. Græcis recentioribus σεράπιον dicitur, aliis ζελάπιον.

Miscetur hi decoctis, vel vt gra-


C cholia

ut oxy...
mel...
ten...
reat

Mel q...
Sapa...
in p...

Ubi...
in m...
in d...


Syr...
ad d...
in d...
hinc p...



cholia, polypodium, senam, epithy-
mum, cassutam incoquimus s.a.

Vbi diu cōtumax materia præ-
paranda erit, ne perpetuis purga-
tionibus fatiscant ægri, præstat vel
paruam copiam parari laxantis de-
cocti, vel tertiam partem decocti
purgantibus imbuere, vt tertio vel
quarto die (cūm præparanti indul-
geat interiectis diebus) excludatur
morbifica materia. Aut in puppa
ligentur euacuantia medicamina,
vt opportunè mergi possint deco-
cto. ℞. fol. senæ mund. ʒ iij. rhab. opt.
pul. ʒ j. s. vel agarici rec. trochisc. ʒ ij.
zinzib. ʒ j. vel cinnamomi ʒ j. s.

Vas vt firmandum ne media
in aqua bulliente fluctuet.



- A Notat poculum.
B Lamina plumbea cui poculum insidet.
C Funiculos tractatos, qui lamina affi-
gunt poculum.
D Anuli alligati poculo funiculo: ad
quos trahentia reninciuntur lora, ne
coctione fluctuet vas.

Syrupus ut
fiat.

Cūm itaque crassum syrupum
coquere velis, maior vis sacchari, vt
iam diximus, ac coctionis hunc ef-
ficiet: eo enim sine coquantur, vt

misc illigata tenui linteo. tertio die
cyatho decocti impendeat tota no-
cte, manè si. expressio.

Vt integra herbarū vis in liquo-
rem transeat, commodè in duplici
vase coctio celebratur. Herbarū mi-
nutim concisæ poculo angustis oris
induntur, liquoris quantum velis
additur (vt vim valentem eliquare
velis) nam adustionis hic nullus est
metus: fermento vesica vel mem-
brana excepto, obturatur: vasi aquæ
pleno imponitur, diuque coquitur.
Ita Galenus in Methodo medendi
ceratum suum coxit refrigerans.

diu seruari à situ & squalore pos-
sint, vt delitiis his æstiuis, in hyber-
nis morbis fruamur. Fiūt ex succis,
& decoctis claris, & vtinā ex aquis
rectè extillatis. Coquitur dum ex-
tracta gutta, aëri que frigido expo-
sita non effluat: nam vix sextantem
liquoris à coctione retinet.

Sin vis succorū coctione exua-
tur nimium, in libra vna puri sac-
chari, se libra succi sensim eliques-
cat, ac coquatur, vt integra facultas
transferatur in saccharum: ac soli
exponatur, id situm arceat. Ne au-
tem syruporum substantia, in can-
dium saccharum longa coctione
abeat, id cauebitur mixto qua-
drante mellis. Mel non tanta co-
ctione ad perennitatem eget.

Obseruetur illud, quod illa facul-
tas quæ in crassiore materia inhæ-
ret, tutius euocatur coctione, atque
in ius ipsum trāsferatur: at quæ con-
sistit in tenui materia, tota plerum-
que dispergitur, & exolescit ebul-
litionis calore. Et qui medicinam
faciunt.

Syr. ad me
lanc soliam

Obserua-
tio.

Dr. Duplex
vas.

Vr q cor
hye
mij
repon

Obserua.

B

faciunt, cum decocta cottidie hyeme ac æstate ægris describant, illud semper cogitent, facultatem refrigerandi, humectandi, emolliendi ac laxandi in solis virentibus, & liquore madentibus inueniri. nō arida plantago refrigerat, nec siccata malua liquidò humectat. Verum calida vi prædita, siccantia, attenuantia, astringentia, detergentia, sæpe ariditate acuuntur, exhausta vi aquosa ac crudiore. Hæc ex malsa sunt coquenda: nam aqua obtundit potentiam calidorum, & attenuantium, nec auide eliquat vim rerum calidarum; longius enim recessit à rerum calidarum temperie. quare necessum fuit, vt liquor cui incoquantur, mediam quandam facultatem obtineat, inter aquam & ea quæ incoquantur: talis est malsa ad aquam collata, ac herbas calidas. idem de infusis censendum.

CAUTIONES.

COCTO apozemate, non ilicò vtemur; sed perseuerent tepido in liquore res coctæ, horis quinque, vel sex: & priusquam in algorem veniant, traducendus liquor.

Plurimis in morbis coctiones ex **AQVA** fiunt, sine qua d. Columella 1. lib. 3. nemo nostrū vel prosperæ, vel aduersæ valetudinis vitam proroget. dicitur, quasi à qua fiunt omnia. Quare plurimum refert ex qua aqua remedia coquantur. Gal. κατὰ τὸ π. pluuiam aliis prætulit, vbi Diacodij comp. docet.

AQVA eligatur leuissima, vbi aperiendum attenuandumue est. Leuissima aqua agnoscitur, si in ea facilius carnes, pisces vel herbæ

elixentur quàm in alia. vel vt d. Hippoc. quæ citò calefcit, & refrigeratur. Primæ bonitatis est aqua sole cocta, quæ imbribus æstiuis decidit, leuissima, dulcissima, tenuissima, splendidissima. Hæc enim est meabilis, saporis expers, nec hypochondria grauat, aut cunctando bilefcit, estque lymphidissima. Hæc præ cæteris eligenda. Hinc Hippoc. lib. 3. De Morbis in fine d. ὅτι τὸ ἐξ ὑποῦ αὐτὸ καὶ αὐτὸ. Aliæ pluuiæ aquæ sæpe astringendi vim sortiuntur, quam, ex aqua marina earum parente, aut terrena substãtia vnà nubibus elatæ contraxerūt. Hinc Medici eam coquunt, vt inquinamenta expirent. Attamen moderatè coquendæ, maximè si affectus calidus cui dicantur, fuerit. Nam dicit Oribas. lib. 4. Collect. 1. Aqua per se cocta diutius, magis seipsa salsa redditur. Absit aqua hordei non rectè cocta, nam cruditatibus & flatibus ventriculo bellum indixit. nec antiquioribus ea nota. Aqua niuis tenuis est: nã à modestissimo calore, brumã, in sublime rapta, non putrescit facilè. Et respondere videtur aquæ à balneo distillatæ. Sed pessimæ sunt quæ per tubulos plumbeos decidunt, vt dicemus capite de Iulepo.

Secunda serie est fontana; quam fluuiatili anteponit Actuarius lib. De spiritibus animal. & Cornel. Celsus. quanquam Aëtius 1, 3, 165. Nili aquam aliis omnibus prætulisse videatur.

Tertio loco sunt **AQVAE** fluuiatiles; hæ crudæ ferè sunt, limosæ, ac cloacis fœdæ.

Quarto ordine, puteorum, crudæ, ac

facil
tas in
morta
di in
soli;
vini
67.

Calida
Xmil
in no
quinda

pluuiatili aqua
cognita prope

Aqua non
non vult
noxia

De aqua.

12.

da, ac dura, auerso sole nata, eiusq. vi spoliata: Nisi, dicit Actuarius, putei assidue haustione agitentur.

Agnoscat ut optima aqua, qui veterum auctoritatem velit, legat Palladium in eius Augusto, cap. 20. & De re rustica 1. lib. 4. Oribasium collectorum 5. lib. 1. qui pulcherrima quaedam ex Rufo philologis omnibus notanda exscribit, ac ex Diocle & Athenæo, quorum scriptis carimus, enarrat. Aëtium Tetrabiblij primo; Sermonem tertio, capite 165. & Hippocratis De aëre & aquis librum.

Cautio in
potibus.

De hiera
propinanda

Cauendum ne hiera picra in potibus detur, ob nimium amarorem, quo plus fastidij adfert quam vacuationis: & ægri putant se vehementia pharmaca potare, quibus vix equos pares existimant, nec quicquam materiae foedioris abducere.

Cautio in
longis M.

Abi ponitur
in ab h
D. p.

IN longis morbis, à diuturno apozematum usu, eliquata pituita crassa, saepe fit hydrops: id ut caueamus, labente trahenteq. se morbo, tandem sumat quid trochiscorum absynthij, vel trochiscorum de eupatorio, vel capparorum, aut de rosæ sine scammonio: ut R. Trochiscorum absynthij ℥ ij. cum melle rosato; fiant pillulae duae, sumat; ac ilico superbibat decoctum.

usus.

Dosis ℥
niperum

Oxymel & syrupi dantur à ℥ vj. ad ℥ iij. cum dupla copia liquoris: syrupus papaueris ad ℥ j. vel ij. in magna necessitate, cum aequali copia aquae lactucae, nenupharis, violarum.

Succi praestant syrupis. Arabum inuentum est syrupus, quod perennent vires succorum. Haec apozemata viscerum quidem impedimenta eximunt, & urinam euocant, non

tamen ad cutim properant, quod maxime in febris requiritur. Hoc autem facit hydromel, oxymel, & vinum, pro vehiculo, in aqua cocta cum saccharo: nam oblectatione, naturae alius vires inferunt. Oxymeliti addi potest saccharum, hydrosaccharum, aut mulsa, quae fieri poterit ex aqua cichorei, &c. ~~Vel aqua endiuiae coquatur cum saccharo, ubi usus hydromelitis, vel oxymelitis est suspectus; adde tantillum aceti.~~

POTIONES.

Potio hodie à medicis dicitur Medicamen crassum, quod potando sorbetur. Quanquam veteres quoque liquidissima remedia ita vocarint, ut Oribasius 5. Collect. 31. & Aegin. 7. lib. 15. iam crassitiam ducunt ex pulueribus, ut Diacatholicum.

V S V S.

Materia morbifica praeparata ad exclusionem, corporeque meabili ac libero, purgantes potiones dantur. Haec latius se per corporis economiam fundunt, quod pilulis negatum fuit. Hinc valida pharmaca pilulis potius includuntur, ne valida eorum vis nervos feriat, conuulsionesque accersat.

Cur pi
lii h
non

Fiunt interdum ex aquis distillatis, quae in potum fundit crassum pharmacum. Haec autem maceratio, seu infusio, quam etiam nouit Gal. 8. ca. 70. 10. & 1. ad Glauc. 11. & eo antiquior Damocrates, ubi deiectio molienda, distillatis etiam praefertur: nam distillatio absumit calidiores & tenuiores partes, quibus inhabitat vis purgatrix. Omnia enim

1

enim coctione exuunt tractionem purgatoriam. Quare in tenellulis remediis purgatoriis, diluto nil melius. Ita rosarum aqua non purgat; syrupus purgat.

*Purgans
bilem &
phlegma.*

Ut \mathcal{R} . rhabarb. \mathfrak{z} j. s. agarici recenter trochiscati \mathfrak{z} ij. cinnamomi \mathfrak{z} j. zinziberis \mathfrak{z} s. (ad correctionem pharmacorum) aquæ endiuixæ, \mathfrak{z} ij. vini (nam id tenuat & extrahit, eliquatque vim pharmacorū) \mathfrak{z} j. s. infundantur huic liquori pharmaca dicta; totaque nocte macerentur: manè expressioni colatæ, adde cassiæ, vel electarij lenitiui, vel diacatholici, vel diaphœnici \mathfrak{z} s. syrupi rosati solutiui, vel violati, vel capill. Veneris \mathfrak{z} vj. (nam leniunt & grati sunt) misce; si. haustus. Vbi bilis & pituita vitium fecere, καλῶς ea excludit. Nonnunquam ex apozeimate (interdū & oxymelite) pharmaca hæc dantur.

*Roborant.
set.*

Interdum præscribuntur potiones ad robur afflandū visceribus, quorū officio vita carere nequit, & ut spiritus tenuati recreentur: vel ad somnum prouocandum, dolorē leniendū, calculumq. extrudendum. & ad venena, & ad menses &c.

Ut ad Cor.

\mathcal{R} . Diarrhodonis abbatis \mathfrak{z} j. confectionis alchermes \mathfrak{z} j. aquæ mellissæ, boraginis añ \mathfrak{z} j. syrupi de corticibus citreorum \mathfrak{z} vj. misce.

Ad Dolorem.

\mathcal{R} . Philonij Romani \mathfrak{z} β . aquæ lactucæ \mathfrak{z} j. syrupi papaueris \mathfrak{z} vj. misce.

QVANTITAS.

Vix uncias tres superabit copia, ægris ingratae cū sunt potiones: \mathcal{R} . catholici \mathfrak{z} j. decocti laxatiui q. s.

vt si. haustus. Formulas plurimas ponemus libro De purgantibus.

CAVTIO.

A nausea metus est inter potandum: quare vt grauem odorē quem spirant, eludas: ex cyatho bibantur adducti oris, ac linteo aceto mudenti os cyathi inuoluatur, quò nares recreet acetum. Epoto pharmaco mox eluat os oxycrato: Et ne euomat, parum ptisanæ vel ceruisiæ ingerat, vel tragematum vis os perfundat, vt medicatam vim stomacho abstergeat: ita Hippocrates suavit libro De viēt. rat. acut. Calidam, non tepidam bibat.

INFUSIO.

Fit cū infunduntur pharmaca, (contusa, in puluerem versa, vel solida) in aliquo liquore, vt aqua vel vino, sine vlla decoctione: quæ macerantur per aliquod tempus. Tū liquor colatus, dicitur Infusio.

Ut \mathcal{R} . Agaricum, vel rhabarbarū, aut folia fenæ (vt materia morbifica fuerit) infunde in aquam vitæ per aliquot dies: sumant aquæ eius cochlear vnum, aut alterum.

VUTILITAS.

Nam aqua vitæ sese traiciens, omnes vires rerum elicit; etenim imis & in sedibus sese rerum insinuans tenuat, & eliquat combinata concretaque, & in se effundit.

Ita noua elegantique ratione, ex aromatibus, viuida illa fragrantia in aquam vitæ educitur: quæ miram vim (frigidis in morbis) obtinet ad spirituum instaurationem. Ego id remedium, labore mihi emptum, ad hominum vtilitatem lubenter profero.

\mathcal{R} . Cinnamomi \mathfrak{z} j. s. zinziberis
C 3 albi,

*aqua rina a
ra salina
m m p p p p*

*Elegans. Infusio
in aqua r
m p p p p
m m p p p
Dis morbi*

albi, ꝓ iij. caryophyllorum, nucis moscatae añ ꝓ s. granorum paradisi ꝓ ij. piperis ꝓ j. pulueriscentur crassiusculè, ac maeerentur in semilibra aquae vitae, probeq. obturato vase, luto ex farina & aqua, fiat infusio dies sex: ac in cella vinaria interim ponatur, & cottidie bis cōcutiatur, vt se motu variè res mixtae feriant.

Guttulae aliquot huius liquoris remixtae cyatho vini, Hippocraticum vinum illicd præbet. Ita paruo labore, infusione hac, efficacius elicitur remediū, quàm id, quod mille distillationibus, anxiis animis ac manibus prolectatur. Etenim talem vim habet aqua vitae, eumque usum in INFUSIONE, vt quicquid infuderis medicaminis, eius vim ebibat ac reddat: vt ita commodè vti liceat rerum libratis viribus. hinc Chemicis quidam Cælum philosophorum hanc nominarunt, quod rerum cunctarum potentias in se rapiat.

Vinum quoque album & tenue, sedicula optima virium trahendarum: ita & Hippocrates olim dedit vinum tedar, lib. dei φυσ. γυναικ. Est enim vinū gratus, iucundus citusque delator ad partes corporis humani minimas: nam obuīs quasi vlnis mira voluptate excipitur, absque vlllo horrore aut metu. vberri- mē ex plurimis vtilissimisq. rebus, vt vina componantur, prosequitur Mizaldus in Medicis artificiis.

Noua, attamen salutari ratione, infunduntur & herbae in febris, vbi obstructio premit: nam facilius quàm decocta, aut destillata, per- uadunt venas. Hæc autem infusio est duplex. Vna, cū infunduntur

in aquam feruentem, ilicoque vas occluditur, ac cineribus tepentibus aut fursibus imponimus, vt calorem non exuat aqua. postquā aqua vim cepit herbarum, fit expressio: vt in febris ardentibus. ꝓ. folio- rum endiuiae, acetosae, buglossi, añ ꝓ. j. aquae hordei q. s. fiat infusio, & facta diligenti expressione, huius ꝓ. ꝓ iij. & syrupi alicuius, vt de acredine citreorum ꝓ ij.

Alterā, cū infundimus in aquam nō feruentē, & noctu detinentur in aqua, hæc infusio non ita validè sorbet herbarum vires, vt prima. nam eo modo Galenus non veretur (lib. i. ad Glauc.) vti petroselino in tertiana febre: quamuis immeritō ab Alex. Tralliano (qui nō animaduertit eum infuso leniter tincto vti) reprehensus fuerit.

Itaque Aqua simplex vel distillata infundendis rebus erit pro vehiculo; & quoque hydromel in frigidis morbis, & mel, & oleum vim herbarū ebibere poterunt: nam siccarū in pulueres redactarū rerum vim intra tertiū diem eliciunt. Et in sero lactis fit quoq. infusio, vt fumi terrae, foliorum senae, epithymi &c.

CAVTIO.

Blando tepore transfundantur; ita vires bibent commodiūs.

Infusio vim longè efficaciorē euocat in quemuis humorē, quàm decoctio: nec abiicit in auram tenuem remediōrū vim, quod miti tepore fiat.

I V L E P, ιολάβον, quasi violarum infusio.

GRÆCI Zulapia: Iulepa hodie, inquit Actuarius, barbara voce vo-

Vinum Hippocraticum

Aqua in hoc
libro philosophorum
lib. i. ad Glauc.

Vini hic
vii.

Vina medici
sunt in
apud Philal
Quin Nouum
de infusis.

Infusio
pro vltimis
morbis

in fine
pro
lib. i. ad
60.

ec vocamus. Eadem ferè quæ Græcis *Σαγμά*.

Fiunt iam ex aquis distillatis, remixtis syrupis; vt libra aquæ excipiat ferè tres vncias syruporum: vt in calore flagrante. R. aquæ cichorei, aquæ endiuæ, añ lib. β. syrupi de acredine citreorū ℥ iij. & vt gratius fiat, addo guttulas aliquot olei vitrioli. nam gratissimo acore, id cōmendat ægris medicamen: adeò vt volentes voluptate quadam eo fruantur. Quidam aroma afflant cum ℥ s. santalorum. Eodem modo in aliis morbis, ex aliis liquoribus ac syrupis scribuntur, vt ex aqua cardui benedicti &c.

Elegans. At iam in Italia nitidissimū Iulepum cōponitur, quod tamen nec omnibus his notum habetur; qui autem norunt, magnam inde pecuniam faciunt: cū ob æstus flagrantiam, qua corpora ibi torrentur, sanis & ægris exoptata sit huius amœnitas. Fit hoc modo,

R. aquæ limpidissimæ, sacchari optimi añ: quæque libra aquæ, accipiat albumen, oui recentissimi, vehementerq. quatiantur; hinc affunde saccharum, lentoque igne coquantur, vt tota spuma euomatur, & abiiciatur. Deinde bis tertia per filtrum traiciatur: hinc iterum coquatur, dum ceruisiæ Gedanæ crassitudinem referat. aqua autem hæc primò accipit vim rosarum ex frequenti infusione, vel quarumcunque herbarum vim bibit. Existimo, si rosæ ante secundam tandem coctionem infunderentur zulapio, quòd minùs auræ cederet earum vis. Ad ℥ ij. huius Iulepi remiscet aquæ limpidissimæ ℥ iij. grata ve-

nere non sine gratiis hauritur. poterit etiam ex aquis cōponi, vt aquæ buglossi, & sacchari libra, coque dū spumant, & santali lutei drachma imbuatur. Aliud, aquæ rosarum, sesquilibra: sacchari, libra; oui albo perpurgentur, & ad formam Iolebi coquatur: Accipe huius vnciã: aquæ optimæ, vncias quatuor, misce. Gratissimum remedium æstuosis febribus: sitim restinguit: Franciscus Gallia rex eo vtebatur.

Si ad affectus scribatur frigidus, ex melle licebit loco sacchari cōponere, ac cinnamomi ℥ ij. tingere.

V S V S.

Ad indomitorum humorum ferociam placandam, & cū partes humani corporis, rapidi potentia æstus flagrant, non sine gratiis (quæ in hoc medicamine ob suauem eius vsum, omnes manus lauuisse videntur) imperantur.

CAVTIO.

Cauendū ex sentētia Vitruuij 8. lib. 7. ab aquis eliquatis instrumentis plumbeis, etenim ex plumbo cerussa nascitur; hæc nocet corporibus humanis. reliqua pulchra ille. Et Galenus 7. lib. κατ. τότ. in Diacodij compositione d. quia recrementa plumbi trahentes secum aquæ, dysenteriam inducunt. Hinc Gal. lib. 1. De Antidotis, vasa stannea fugiebat, pro pharmacorum conseruatione; quòd sciret stannū plumbo adulterari, ab eoque vim quandam perniciosam immitti reformidaret. Quare nec Medici iam eas in vsum vocare debent.

Iulapium, quod verè Iulapium dicitur, magis coquitur, quàm syrupus. nam in libra Iulepi remanet tantum.

Ad calorem.
Filius in fr. bon an d. n. m.

Hor ad per...

Ad affectu frigidu...

Quando...

Fila...

De aquis distil.

Vasa plumbi et stannæ noxia

tantum vncia liquoris incocti: in
syrupi libra, vnciae duae. quadrupla
aquae copia datur Iulepo: Syrupis,
dupla.

SUCCI, SAPA, ROB.

Valentiores sunt decoctis. fiunt
ex herbis, radicibus, floribus, semi-
nibus, fructibusque. Extunduntur,
ac à maceratione bidui aut tridui
exprimuntur efficaci satis vi: est
enim velut sanguis plantae sincerus.

Quae lentum restagnantemque
liquorem gerunt, (vt portulaca, bo-
rago) ignis tepore eliquata, in bal-
neo maris, facilius sese effundunt,
pressioneque diffluunt.

Succus recentissimus, est effica-
cissimus, utpote crassissimus: argu-
mento est pharmacum defacatius,
quod quo purius, hoc lenius.

Tutela.

Ad diurnitatem **SUCCORVM**
facit, cum expressi, tepida aura, vini
more, aestu deserbent: ita namque
ad potus & syrupos securius re-
conduntur.

Vt succus citreorum, limonum, au-
ranciorum, cydoniorum, malorum,
pyrorum, ribes, cerasiorum, berberis.

Herbarum succus, in usum praesentem despumatur lento igne, cuique albo clarus redditur, saepiusque colatur, cum saccharo bibitur.

CAVATIO.

Vt diu perdurent, phiala angusta
excipiuntur; oleum superfundatur,
vt spacium aequet duorum digito-
rum: ita perennant.

Quaedam parua coctione, & re-
sidentia purgantur ante repositio-
nem; vt serum exhalet.

Est & alia ratio qua indurantur
succis: qui concreti reponuntur in
varios usus. Illic ab expressione le-

ni foco coquuntur, dum obduref-
cant; vt Rob ex ribes, citoniorum
miua, sapa Graecis *σπαϊόν* & *ἔψιμα*,
Rob Arabibus: Sapa ex quam re-
centissimo fit musto ad tertias co-
cto, quod & mellis crassitudinem
superat. Si dulcore deposito mu-
stum coquatur, nunquam vertetur
in sapa, sed in defrutum. Ita &
alij succi coquuntur, vt prunorum
cum, vel absq. saccharo, & pomo-
rum, &c. Defrutum, Robus Arabi-
bus dicitur, Succago Latinis, Grae-
cis *ἀποχύλισμα*. Sapa. Rob acci-
pit duas partes mellis vel sacchari,
ad vnam succorum: coquitur ad
spissitudinem.

Aut insolatu concresecunt, vt mo-
rorum succus, acacia, elaterium,
scammonium: ita & antiqui om-
phacium parabant: vt scribit Dios-
c. lib. IIII.

Hac arte hoc auro pharmacum
efficax componi poterit ex succo
tithymali, vel lathyridis pulueri se-
narum remixto, ad consistentiam
edulij sinapios. Soli diurno ac fla-
granti expone; siccata in puluerem
verte, speciebusque committe hie-
rae picrae simplicis, iterumque succo
asperge, ac denuo sicca: posset addi
& succus sambuci: Tandem cum
syrupo rosato fiat massa.

Noua arte viuacior vis succo-
rum iam eliquatur. *ἐκχυλώματα*, ex-
tracta vocant.

Macerantur remedia ex aqua vi-
tae, vel alio liquore, dum duos digi-
tos incisis rebus superemineat; oc-
clusa macerantur, in balneo vel so-
le, vel igne, aut fimo equino, expri-
muntur; & recentes herbae eidem
liquori eadem historia infundun-
tur,

Rob.

Sapa

Defru-
tum

Noviss.

Extrahes.

Exm

N3.

tur, idque vt lubet sæpius. Hinc separatur vinum distillatione; dum in fundo mellea crassities resideat. Aliquando cineribus relictis tritis, exhaustus liquor sæpius affunditur, iterumque maceratur ac distillatur: inde & salem, & oleum eliciunt.

CAVTIO.

In his sint herbæ modicè siccatae.

Si res sit precij magni, sæpius infunde, dum nil amplius effundat coloris, vt Rhabarbarum, cinnamomum: simulque mixtis liquoribus tandem extillatur vinum: si relictum crassamentum vinum redoleat, affuso liquore alio, ac extillato, eluitur ac abstergetur.

EMVLSIONES, & MVCCAGINES.

Attritu seminum, ac fructuum, affuso inter terendum liquore (ne pinguescant) substantia eorum funditur: mox colatur ac exprimitur.

Dolor renum & vesicæ.

Ad renes & vesicam, accipe seminum frigidorum maiorum, vncias duas: seminis papaueris, semunciam: seminis lactucae drachmam: amygdalorum dul. vnciam: cõtundantur in mortario lapideo ex decocto glycyrrhizæ: colentur ad sesquilibram: addi potest syrupus violatus, adianti.

Ita in febribus ad somnum conciliandum, ac refrigerandum: vtque ardor renum, vrinae ve acrimonia temperetur, lac amygdalinum præscribitur, hoc modo:

Lac amygdalinum quo omnes hodie vtuntur.

℞. amygdalarum dulcium à cuticula purgatarum (quod facile fit iniectis his tepido liquori) ℥ ij. qua-

tuor sem. frigidorum maiorum recentium, mundatorum añ ℥ ij. seminis lactucae & papaueris albi, añ ℥ j. simul cõtundantur in mortario marmoreo, sensim affusa aqua coctæ, ac frigida lib. j. vel aqua hordei, vel glycyrrhizæ.

Vel cum hordeato ita.

℞. hordei mundati ℥ j. coque ex sesquilibra aqua, dum in pulticulam vertatur; mox traice per setaceum; hinc adde emulsionis 4. seminum frigidorum maiorum, sem. papaueris albi añ ℥ j. cum ℥ iij. aqua hordei fiat emulsio; adde syrupi de papauere, sacchari albi ana ℥ j. si. hordeatum.

Hordeatum.

Æstibus canicularibus Galenus ex Scyllæ radice, emulget succum. Vide in fine consilij eius de puero epileptico.

In Italia rosæ Punicæ prunis affunduntur, ac saccharo inspergantur tenuiter puluerisato, madorem rosas eliquatum pruna bibunt; ac tenellulis naturis mira facilitate aluum ducunt.

Pruna rosata.

MVCCAGO elicitor iniectis liquori conuenienti rebus: vt cum semen cidoniorum, aqua lactucae committitur; vel semen psyllij, vel maluarum, althææ, lini, fœnugræci, parum fracta aut concisa; tepore emulsa linteo colantur & exprimuntur, vt in erysipelate & inflammatione, ex aqua plantaginis, solani imponuntur. Vt ad molliendum, althææ, & lini muccilago, ex iure ficuum; & fœnugræci muccago ex mulsa, vel aqua chamæmeli vel saluiæ, ad resoluendum. Vncia aqua, accipiat seminum ℥ j. in gula squalore semina cidoniorum parum quassa-

Muccago.

Ufus.

Superfiam.

D

ta aqua

ta aquæ optimæ immitto. Ea mucagine lubentissimè se rigant ægri.

ELECTARIA, quæ habeant aliquot electa medicamina; **CONDITA**, & **PANDALEA**.

INTEGRi fructus minores, cerasa, ribes, ut perseveret, ex saccharo, vel melle, aut his remixtis condiuntur: maiores, ut persica, poma omnia, & pyra, iuglandes, concisi, intus forisque pugati, riteque cocti reponuntur. hoc modo:

*Modus
condendi.*

Saccharum aqua soluitur, ac coctione clarum ponitur; tumque fructus, ut corna, pruna, cerasa, persica, & ribes, vel myrtilli vuae spinæ, incoquuntur moderatissimè, dum in primam ideam suæ consistentiæ redeat saccharum.

Duri verò fructus, ut cotonea mala, nuces virentes, pyra & mala, secta purgataque coquuntur, dum tenerescant: hinc siccantur, & in horum decocto saccharum coctione clarum redditur. hinc fructus redduntur huic, ac ad syrupi consistentiam coquuntur.

Condiuntur radices, teneri caules, surculi, germina, flores, fructus, semina, cortices.

Amariore fructus, ut iuglandes, arancia, limones, sæpius refusa aqua macerantur, tandemque coquuntur ex saccharo aqua soluto. Ita & radices, ut satyrj, eryngij, zinziberis, acori, helenij: & herba, ut mentha, lactuca, portulaca, ac cauliculi condiuntur.

Si sicca gratiora sint, hæc saccharo optimè saturata, leni igne, aut feruente sole siccantur.

Pandalea

PANDALEA neoterici ferè vo-

cant, idem quod electarium solidum, nisi quod pandaleon integrum remanet: etenim saccharum rite coctum pyxidi infunditur, ac solidescere sinitur. æger cultro fractam partem accipit instar eclegmatis.

ELECTARIA autem componuntur ex simplici condito, aut conserva: his miscetur pulvis corroborans, & moderata sacchari copia adiicitur. Lex est temperamenti, ut ferè vncia cõseruarum, drachmam pulueris excipiat.

Hæc autem Electaria duplicia sunt: Velliquidiora; hæc efficaciora, nam maximam partem accipiunt puluerum, quasiq. in characterem opiati effusa: ex melle, saccharo, sapa: Vel solida, nam in tabulas, vel rotulas, aut formulas quadratas oblongas (quas vocat manus Christi, & Lozengas à longitudine digitorum) efficitas. Et hinc ad vnam drachmam puluerum parti studentium vnam imponunt ferè vnciam sacchari soluti & penidij, in liquore (affectui vel parti dicato) qui in duritiem iterum excoquitur, cauendo ab acidis, ut limonum succo, aranciorum, aceto, granatorum. nam saccharum non concresecet iterum. Dicuntur orbiculi, placentulae, & rotulae; effunduntur in puluerem farinæ santalorum, vel cinnamomi: in cribro, loco calido siccant. Candidi fiunt, cum saccharum diutius coctum, diu pistillo agitatur. Tenues fiunt, cum aspergitur spongiâ aqua, dum fit fusio. In tabulas abit, dum fluidum saccharum acie cultri perstringitur.

Ut r. specierum diarrhodonis ab. ʒj. sacchari albi dissoluti in aqua rosarum

Electa.

*Medi-
ca r.
stas
ord.*

*Di-
7a
r. 2.*

rosarum ꝑ j. fiat confectio in rotulis. Pulveres misceri debent, cum extracta ab hac, & refrigerata guttula soliditate habet: nam tum paulatim puluis, cum ferè refrixit, inspergatur, ac misceatur.

Vel ꝑ. spec. diarrhod. ab. ꝑ. ꝑ. sacchari albissimi dissoluti in aqua rosarum ꝑ. ꝑ. fiat confectio tabulata, & ita agunt in cunctis aliis; vt varij affectus.

Iuniores antidoti loco in gratiam ægrorū hæc effinxere: at minori efficacia, ob integras vires à fermentatione. pilo effusa massa cōplanatur ac scinditur ꝑ ij. vel ꝑ iij. ꝑ. dēre.

Ufus.
Ab.
Præm.
Do
 Exhibentur ad robur facultatis animalis naturalis & vitalis. Cum exhibentur ad partium nutritioni dicatarū robur, præbētur stomacho vacuo. At cum coctrix facultas à frigore languet, potius à cibo. Sin humor frigidus in vitio fuerit, potius ante cibum offeruntur. Cum autem vitalis facultas robur desiderat, quocumq. tempore dantur.

Animalis si languida fuerit vis, hora somni, aut media nocte benè offeruntur, vt aura celebrata coctione, hac vi cerebrum afflet.

Ad vires.
 Cum itaque ad vires corporis condita scribantur; vires autē consistant in partibus solidis, humoribus, ac spiritibus; maximè spiritus recreant condita.

Conditi formula ad omnium virium robur.

ꝑ. Conseruæ anthos (id est rosismarini) conseruæ boraginis, buglossi, rosarū, cichorei, capillorum Veneris añ ꝑ ij. corticum citri conditi ꝑ j. ꝑ. pulueris electarij pleres archôn, diamoschi dulcis, diar-

rhodonis abbatis, & trium santalorū añ ꝑ. ꝑ. fol. auri N. vj. cū saccharo albo, fiat conditū auro coopertum.

Ex eisdem fieri poterit confectio solida, vt ꝑ. specierum diamoschi dulcis, spec. pleres archôn, diarrhod. ab. specierum trium santal. añ ꝑ ij. cōseruæ rosarum, & cichorei añ ꝑ j. ꝑ. sacchari albi, dissoluti in aqua rosata q. ꝑ. ꝑ. electarium, per morsellos ad modum manus Christi, pondere ꝑ ij.

Cardiacum conditum quo utebatur D. Fernelius. *Cardiacū.*

ꝑ. conseruæ nymphææ, buglossi, rosarum, corticum citri conditi añ vnciā dimidiā; pulueris diambræ, de gemmis, diamargariti frigidī añ ꝑ. ꝑ. ossis è corde cerui, seminis citrei, & cardui benedicti, radicū tunicæ, & tormentillæ añ ꝑ j. scobis vnicornis gr. 8. folia auri minutim concisi N. vj. sacch. albi q. ꝑ. ꝑ. conditum. Semina etiam iunguntur, vt citri; radix, vt tormētillæ; trochisci, vt de succino.

Ita cuique virtuti labefactatæ, effinguntur, vt si cespitet sola virtus naturalis, tunc species, & conseruas ponam dicatas illi, calidas frigidæ; vt intemperies suaserit. Vide caput De corroborantibus.

Ita efficaci vi solebam ex carne pullorum candidissima, solidam excoquere substantiam. teritur minutissimè illa, cum paucis amygdalis, vel seminibus frigidis, coquitur ex aqua rosata, mox adiicitur saccharum cum cinnamomo tenuissimum in puluerem redactō: Lento coquitur igne, dum morsuli solidi ad pollicis magnitudinem effingi inde possent. *Nutriti.*

PASTA, REGIA, ET
MORSELLI.

Vt antiqui præclara quædam, Regia vocabant, vt Aëtius Operis sui penultimo capite, Suffumigium Regiū describit: & Actuarius regia poma, De spiritibus animal. cap. 6.

Ita practici Pastam regiam celebrant, quam vocauit Mésue Regium electarium.

Hominibus in tabem abeuntibus conferunt.

Ad tabē. Vt ꝛ. amygdalarū dulcium ex-corticatarum ꝛ ij. pinearum, pista-ciorū non rancidorum ana ꝛ j. pul-pæ dactylorum, passularū, iuiuba-rum añ ꝛ j. s. gummi tragacanthi, & arabici añ ꝛ j. amyli ꝛ ij. pulpæ capi-elixi ꝛ iiii. fructus macerati aqua rosata, cum reliquis tundantur, & saccharo paulatim asperso fi. massa, indeq. cuiusque figuræ panes, sen-sim siccandi, ac auro obducantur.

Addere licet sem. frigida, & pa-paueris añ ꝛ ij. ne in bilem vertan-tur, & cinnamomi ꝛ s. & ambrae vel musci ꝛ 6. vel 8. ad flatus.

Ita fiunt & ex amygdalis cum saccharo & aqua rosata Massæ pa-nis, quæ dicuntur *marsepain*.

In Italia hodie fit pasta laudatissi-ma, *Mostacioni* ipsi vocant.

ꝛ sacchari albiss. puluerisati, fa-rinæ albiss. añ lib. ꝛ. cinnamomi optimi ꝛ ij. zinziberis, caryophyl-lorum añ ꝛ j. s. piperis ꝛ s. vitellos ouorum $1\frac{1}{2}$ mosci cum aqua rosa-ta temperati gr. ij. misce, fi. pasta. In morsellis seriùs quàm in rotulis in-ferri debent res, tepescente saccha-ro. & incidi debent crassiùs.

OPIATA, BOLI, &
ANTIDOTA.

DIFFERUNT à conditis & electariis, quòd condita copiosius conseruas accipiant, & minus pul-uerum (cùm ad robur & suauita-tem sæpius effingantur) qui graui odore bellū agris indicere viden-tur. Quare condita cùm grata esse debeant, plus sacchari, quàm opia-ta accipiunt.

Opiata, vt confectio philonij, catholicum, hiera picra, diaphoni-cum, aromaticum rosatum, &c.

Quare præscribuntur ad aluum officij immemorem reuocandam, purgandum, alterandum, & ad ro-bur partium, doloremque mitigan-dum. In cathartecis notandum, vt melli, tenuis portio puluerum im-mittatur sensim; quò exactè mis-ceantur: alioqui conglobare se solet scammonium in vna regione; vt & cætera.

Boli præscribuntur vel ex his opiatis, aut cassia extracta in bolum fingitur, vt ꝛ. diacatholici ꝛ j. sac-chari q. s. fi. bolus.

Vel ꝛ. cassiæ recenter extractæ ꝛ j. seminis anisi crasso modo cõtu-li ꝛ s. misce, & cū saccharo fi. bolus.

C A V T I O.

Quia flatulenta est cassia, aliquid illi addi debet anisi, vt ꝛ j. vel ꝛ s.

Quibus ex infirmitate labefacta-ta sunt intestina, his cassia non est præbenda; etenim doloris tantam vim infert, vt & syncopen præbeat. Quare ante exhibitionem peculia-ris ægri natura discēda: rogandum-que, quo modo eā ferat. Hinc qui-dam re-

Conferunt

Ad tabē.

marsepain q. massa panis

Morselli panis

Quare

Bolus

matry

et rati

dam remiscet quid granorū oxyacanthi, aut sacchari rosati simplicis, vt robur intestinis affletur; vt adde granorū oxyacanthi ℥ j. vel ℥ s. cum saccharo rosato simplici, si. bolus.

Alij stimulū addunt quo promptius elabatur, vt diapruni laxatiui addunt ℥ ij. vel ℥ j. vel electarij de succo rosarum.

Antidoti. ANTIDOTI quoque fiunt ex pulueribus, melle vel passo exceptis. Mel in fictili vase liquoris quadrante diluitur, lentè coquitur ac spumatur, cumque ad teporem, quem immissus digitus fert; redit; ternæ puluerū vnciæ, libræ insperguntur; ac ligneo pilo miscentur. Hinc cum refrixit, excipitur pyxide ad fermentationem, quæ perennitatē afflat, & diuinam quandam vim. His si pulpa fructuum addatur, manna aut saccharum, minimè propterea mellis copia crescere debet: Præscribuntur ad virium robur, & venena cuncta, ac internarū partium fractam vim, longè efficacius neotericorum electariis ac cōditis.

CONSERVÆ;

A seruando dictæ; plerumque ex floribus fiunt: quamuis non inefficacem vim herbarum hoc modo exceptarum experiamur.

Flores, ob tenuem quam spirant aurā, ne expirent foco, in sole saturari saccharo debent, vel melle.

Tempus. Carpendi flores (vt rosarum, buglossi, violarum, nymphææ, cichorei, aranciorum, limonum, saluiæ, bethonicæ, hyssopi, genistæ, persicorum, calendulæ, leucioj, pæoniæ, rotismarini) ea maximè ætate, eoq. diei momento, quo fragrantissi-

mum de se odorem spargunt: nam tunc (vt astrologicè illud dicam) eorum vis ac Venus exaltatur.

Flores sternendi integri: duplum *Modus.* pondus sacchari iniiciendum: ac insolentur menses (vt tenuitas horum efflagitat) duos, tres, vel vnum. Rectè dici possint flores saccharati, *Melliti flores.* vt & melliti.

Conteri poterunt & flores (vt fit in herbis) cum sacchari triplo, vel duplo: ac torrido soli exponuntur.

Si acres res sint, accipiāt sacchari ℥ s. pro ℥ j. florum vel radicum.

Alij remiscēt flores integros saccharo liquato ac feruenti; mox soli committunt. Sed ne vrantur vide.

Magna hodie cōtentione de venustate conseruæ rosarum, ac violarum inter se certant pharmacopolæ: qui enim floridum splendorem his intulit, laudis quid mereri videtur. Roseus ille rosarum in Conseruis fulgor, elicitur à quibusdā, guttulis limonum ac olei vitrioli affusis. verum id florum substantiam die exedit ac vastat, tandemque in nigredinem deturpat.

Roseo nitore, proprioque decore *Pulehræ.* efflorescent, si rosæ aut violæ terantur cum saccharo; nam ita exterritur roseus suavisque violæ nitor: mox succus expressus rosis, violisue, propriis conseruis affunditur, lentoque igne, imò maris balneo, aut insolatu in conseruæ spissitudinem excoquitur, miro decore, non absq. gratiis. A purgationibus postridie dantur, vt conseruæ rosarum drachmæ tres; mithridatij femidrachma. vel cum syrupo violaceo. Temperatæ sunt ex rosis, violis, boragine, buglossio. Frigidæ, ex cichoreo, en-

*Vt hanc
quisq. rursus
hanc*

*Usus, et
vires.*

*Qua hanc
rursus*

reo, endiuiā, acetosa, adianto, violis, nymphæa. Calidæ, ex roremarino, eryngio, enula, acoro. Semunciaz, ad vnciaz pondus, præscribuntur.

*Quia hinc
Solidæ.*

Licebit ex his & solidas formas effingere, peregrinantibus aptas: si enim diutius coquantur, durefcunt, ac in pastillos finguntur. Aut ad crassitudinem remixtis, pastillos facere licebit cuiusvis formæ, linteoque obductos insolare, dum planè exaruerint.

Poterunt & saccharo tenuissimè trito, rosarum, violarum, aliisque succi affundi, eodemque modo sicari: quibus si margaritæ addantur, fiet manus Christi perlata: si fluxus adsit, cum corallis, vel eboris rasura cornuæ cerui.

Hoc ferè modo in Italia iam fabricatur conserua vtilissima pestiferis febribus, ex saccharo affuso citreorum succo, quo rapidi potentia solis, sese ad perennitatem traiciant vires.

LINCTVS, DELINCTVS, ILLINCTVS, *Loch, Arab. vel Looch, ECLEGMA.*

ΑΒ ἐκλείρω, id est, lambo: antiquis enim Græcis familiare illud remedium fuit. Nam delinguntur ex rudicula glycyrrhizæ ad morbos thoracis, & pulmonum: vt sunt anhelationes, tusses, empyemata, catarrhi & trachæ arteriæ vitia, linguæ orisque mala. Lentore lubrica fiunt, vt in ore sensim ad thoracem eliquefcant.

Materia.

Fiunt ex passis vuis, iuiubis, dactylis, caricis, glycyrrhizæ succo, scyllæ, brassicæ, marrubij albi, hyssopi, ex tragacantho, gummi arabi-

co, saccharo, sapa, melle, ficuum decocto & hordei.

Ex seminibus cidoniorû, bôbaccis, maluæ, althææ, psyllij, quatuor frigidis seminibus, amygdalis, pineis: Et ex astringentibus remediis & glutinantibus, ad sputû sanguinis: & ex prisana. Pleraq. sunt dulcia, quædam mediocriter amara, alia acria.

Veteres myrrham lingebant, hoc æuo ab amarore exosam: quamuis enulam campanâ admittat, ac porrum ad pituitæ crassæ tenuationem: & terebinthinam quidam adiiciunt: nam ex butyro, saccharo & modica terebinthina eclegma, tussim curat ex frigida materia.

Hæc contunduntur, ac per cribrum traiciuntur, melli, cocto syrupo, aut muccagini (vt seminis maluæ, seminis psyllij, cidoniorum, albumine oui, consolidæ) extractæ cõmittuntur ad pultis crassitiem; vel saccharo, sapa, vino dulci, aut decocto præscriptorum fructuum excipi poterunt. Sapa minus fluxiones excitat quàm mel.

Pulueres his remisceri solent quandoq. cinnamomi, zinziberis, iridis, ari, & semen vrticæ: aut species diaireos, diatragacanthi, &c.

Pulpa passularum ad ℥j. miscetur interdum.

Farina seminis lini torrefacti, cum melle, tussim puerorum sedat.

Linctus fiunt & ex electariis cum saccharo candito, aut ex penidiis cum syrupo pectori dicato, q. s.

Et ex butyro, & duplo sacchari.

FORMULA.

℞. Medullæ vuarum passarum ℥β. cremoris ficuum extracti ℥ij. enulæ

enulæ campanæ pulueris. ʒβ. pulueris diaireos simplicis ʒj. ex syrupo glycyrrhizæ fiat linctus.

Sunt & officinarum linctus, qui ibi prostant: vt Diacodium Galeni, & ex sapa: Diacodium compositum; linctus Mesues ex papaue-re: eclegma ex psyllio, & ex tussilagine, è pino, ex amygdalis, & althæa: salubre & expertum; ex pulmone vulpis, ex scylla, ex caulibus Gordonei, ex alliis, ex semine cnici.

CAVTIO.

In pleuritide ineunte, nunquam præscribi debent eclegmata, quamuis grauissimi auctores aliter fecerint; ac practici ferè omnes; & Aëtius 2, 4. in fine. Repugnat enim Hippocratis sententiæ: qui libro primo De Victu in morbis acutis, aphorismo 27. πύσανα ὀλίγηρον, id est, vim fluidam & meabilem laudat, quæ spiritus viâ non intercludit, præclarè enim ad salutem facit facilis spiratio: quare, quia pectori adherent linctus, nunquam hinc præscribantur; sed potius syrupus capillorum Veneris, & violatus: hi alas pulmonum explicant, nec expectoratum siccant.

PVLVERES, ET TRITVRÆ
quas Græci Ἐνεῖα vocant.

SEMINA, radices, folia, surculi, flores, aromata, in puluerem vertuntur: nam pinguia, vt ammoniacum, & bdellium, potius vino vel aceto soluuntur.

Fiunt pulueres accuratè triti, vel crassiusculè: crassiusculè, vt aromata & flores, ne exuant vim nimia tritione; ac ritè tegendi, ne euanes-

cat in contusione eorum robur.

Tenuem in puluerem comminuuntur, cum cribro excreta, ad mortarium reuocantur: vel marmore teruntur, vt metallica ad collyria; ita & corallum & margaritæ, primùm leniter mortario comminuta, pictorio in lapide in polli-nem confricantur.

Humecta nimis, vt radices quædam, & fructus, siccioribus remixtis in puluerè faciunt contusione.

Pulueribus recondendis nec pinei nuclei, nec amygdalæ, aut semina 4. frigida, remisceri debent; nam die longa rancescunt; vsus itaque tempore adiiciantur. In internis affectibus dantur à ʒβ. ad ʒj. flores in puluerem redacti à ʒj. ad ʒij. corallum vstum ad ʒij. datur: ita cineres hirundinû, cuculi, vermium, stomachi gallinæ, lupi, cornu cerui, efficaces, vt Diagemma, Diacamaron ad ʒij. Diatragacanthum ad ʒiij. in eclegmatis.

Sacchari additur ʒj. ad pulueris ʒj. Sin purgantes sint, tantùm additur sacchari ʒj. & pulueris ʒj. s.

Variis puluerum vsus esse potest, ad robur, vacuationem, ac siccationem: vt Diaturbith, diasena: quibus saccharû adiicitur triplum, vel quadruplum.

Dantur purgates ex iusculo pulli, vel liquiritiæ decocto.

Apud practicos rarus est vsus puluerum per se qui exhibentur.

Pulueres ac trituræ longo tempore durare nequeant; quòd, vt dicit Actuarius lib. 5. Methodi cap. 3. facilè eorum potentia euanescat: quare, dicit, densis vasculis obserandi ne nobis insciis languescant.

Rarò

althæa.

inueniuntur
p. h. in
h. d. r.
h. in
non
p. in
d. i.

Observat.

Dosis.

Enim h. r.

Enim h. r.
Cin. h. r.
f. h. r.

V. r.

in primis ad
rationem

purgantia

Rarò ad humectandum præscribuntur: quod si fiat, recètes esse debent, vt diatragacanthi, resumptiui.

Ad calculum.

9

Ad calculosas arenulas, purgato corpore ex sex drachmis benedictæ laxatiuæ cum vino, dabis ℥ ij. ex vino albo vel iure pulli.

Accipe seminis petroselini, radicem petroselini, ab interna animalia purgatarum, cuiusque semunciam; florū cardui stellati vnciam: furno tenerè siccata in puluerem redigantur. A spinis stellatis dicitur Carduus stellatus.

PILULÆ, vel Catapotia à deglutiendo dicta.

MITIORES ad ℥ ij. vorantur: mediæ, ad ℥ iiij.

Auctor sum vt parua copia dentur ob molestiam, & adiectis dacridij granis ij. vsq. ad x. vel trochiscorum alhandel, hac acuentur vi.

Crassiusculè ex cōminutis fiant pulueribus, ne in habitū erumpant corporis, cū purgandum est.

Modus.

Liquore lento in massam cōglobantur, ne exhausto tenuis liquoris madore, massa dehiscat situ & squalore; vtque medicamentorum vis inexhausta continetur, vt ex muccagine, syrupo, vel melle. Nam si gummata recipiant, aquæ viniue mador ab hac iniuria vindicabit.

In orbiculos rediguntur, in pituita vitio ex syrupo de mētha, hyssopo, absinthio, stœchade, corticibus citri. In bile, syr. ex citreis, acetosa, cichoreo, rosis. Melancholia, oxymelite, stœchadis, eupatorij, calamintæ syrupis, vel de duabus rad. vel aqua cinnamomi; & saccharo & cinnamoma, immergantur.

Miscenda si veniant gummata, pilo calido contendantur dū mollescant, & sensim affusis aridis puluisculis, tandem quantum sufficit madoris inditur.

Primis diebus si fermentatio quædam fieret, acueretur viuuda remedium vis, ac sese mutuo temperaret: vnde præstantior erit massa initio mollior, quò sese peruadât facilius. Hinc oleo amygdalino in terebratè figurā voluatur, tenuiq. membranæ inuoluta, pyxidi includatur.

Rectè exhibentur vbi corpus aut ^{vsus.} ventriculus madore fluctuat; & vbi tardam vim remedij optamus: & cū ingrata hauriri remedia debēt, vt aloë, colocynthis, agaricum, ac ex lachrymis confectæ pilulæ.

Quæque partes corporis, ac humores omnes, sibi dicatas pilulas habent; ex quibus vel fortiter, vel moderatè educunt. Est & varia harum potētia; nam quædam laxant, quædam stringunt, aliæ aperiunt.

Cū pharmaca efficacia his ^{Castigatio.} committuntur, quædam adiiciuntur quæ indomitam vim eorum refrenant, vt propter colocynthidem, muccago tragacanthi; & ad domandam vim scammonij rosæ, ne tenui vi exulcerent intestina.

Interdum & stimulus ignauioribus rebus additur, vt zinziber.

Lachrymæ pilulis induntur, ad detergendum & molliendum, vt bdelliū & myrrha: vel ad fundendum concreta, vt opopanax, farcolla, euphorbium, sagapenum.

Adduntur sæpe quæ calfaciendo tenuant, & incidunt, vt semen apij, fœniculi, seseli, cinnamomum, spica, azarum: sed in pauca ^{At} copia,

Materia

Ex sum In pituita.

Bile.

Melancholia

At

copia, ne hebetetur vis purgatrix: sunt enim vrinaria.

TROCHISCI, κυκλίστοι, vel ἀρτίστοι, vel orbiculi plani, pastilli Celsi, & Hypoglottides rotula.

Fiunt ex pulueribus iunctis aqua, vt rosata: visceribus dicati, vt ex speciebus diarrhodonis, vino, aceto, herbarum succis, vt de eupatorio, absinthio, cichoreo, & muccagine. vmbra, ignisue tepore arescunt. facti, quod combinati pulueres diutius persistant, infractis viribus. Etenim his non nisi solutis vtimur, exceptis quos in ore retinemus. Eo enim fine confici testatur Dioscorides capite de nardo Celtica, & de cinnamomo, quod tritum ac vino in pastillos collectum, vmbraque siccatum reponitur. Ita transigi deberet & cum aliis pulueribus cardiacis: nam durati ita contemnerent aeris iniurias; qui alioqui his ob tenuitatem expositi contabescunt.

Seminis lupini formam habent; sunt cephalici, otici, ophthalmici & hypoglottici.

Sunt Trochisci purgantes, vt alhandel (ex colocynthide fiunt optime parata, ob id non alio modo colocynthide vtor) & de agarico.

Alii astringentes: vt de terra lemnia, spodio, de carabe. Sunt & aperientes, vt de rhabarbaro, qui hepatis student, & de eupatorio; vt & lieni, de capparibus; renibus, vt alkekengi.

Ocularia medicamenta olim in trochiscorum formam redigebantur: Dioscorid. de spica nardi: & Gal. in methodo. Ita & Razes Collyrium albu describit, cuius vsum hac quoque ætas nouit.

Olim maxime ex metallicis fiebant, vt auctor est Celsus lib. 5. cap. 17.

Pingue nihil trochiscis addi debet; nam in puluerem iterum se reddere debent.

Hypoglottides trochisci dicuntur, quod sub lingua diutius teneantur. Fiunt ex crassantibus, mucilagibus, vt tragacanthi vel gummi arabico, albumine oui. Ita Venetiis coquitur muccago althææ cum saccharo, lento igne; & perpetua agitatione, ne vratur.

Fiant ex rebus eustomachis, vt quibusdam est dulce, aliis acacia.

Vt R. muccaginis tragacanthi, extractæ in aqua rosata, misce saccharum candum, succum glycyrrizæ, bolum, semen papaueris, vel amyllum, &c.

Dantur pondere semidrachmæ, & drachmæ, vt trochisci de bolo: At qui opium habent, ad ℥j. exhibentur; vt de alkekengi. ita purgatorii, vt de rhabarbaro, de eupatorio.

EPITHEMA.

Id ad cordis & hepatis ferè in-temperiem præscribitur: vt in ardentissimis febribus, ne fiat hectica, cordis imponuntur regioni; aut cum venenosa aliqua eluies visceribus his insilit, vt cum à gangræna; quo roborata, actius resistant incurrenti pernicipi, ac arceant. Pectori quoq. iniiciuntur, vt in squalidis febribus, & hecticis, ex rebus frigidis & humidis ac cardiacis, vt vnà cum morbo pugnemus, ac naturæ studeamus, æstus temperetur, ac vis vitalis recreetur.

Fiunt ex stillatitiis ferè liquoribus, vt aqua buglossi, rosata, melissa, vino

Obser.

Hypoglottides trochisci

7

Dosis.

vsu.

Epithema ad cordis et hepatis in temperantia

Materia.

E sa, vino

vsu.

varietas.

Colocynthidis

Disj.

parati

ſæ, vino albo, vel maluatico, aceto: vbi cordi ſtudentum. cardui benedicti, ſcabioſæ, violatâ, nymphææ, ocymi, aqua ex floribus limonum, vel flauedine citreorum, aranciorum, myrti.

Ita in iecoris intemperie, ex aqua cichorei, endiuix, & portulacæ, roſi plâtaginis. Et quoq. ex harû ſuccis.

His liquoribus pulueres roborantes partibusque dicatas iniicimus, vt ſemilibra liquorum ferè drachmam pulueris accipiat: quidam tamen liberè ℥j. ſ. addunt. hepar recreatur roſis ſiccis, abſinthio, ſantalibus, cypero, ſchœnantho, trochiſcis è camphora. Cordi aromata conferunt, xyloaloë, dictamnus, tormentilla, crocus, garyophylli, margaritæ, theriaca, corallus.

Admouentur tepida, ſcarlato panno excepta, expreſſo que ne diffluat liquor: aut ſacculo (qui incluſa remedia habet) his madente inducuntur parti: id enim efficacius quàm ſiccis ſacculos partibus imponere; reſtagnat enim aridior illa vis in habitu carnoſo corporis.

Ab vſu epithematis (quæ in febribus quater die adhiberi quòd minimum ſolent, maxime que ante paſtum) fiat ex ſimili vi inunctio partis. **C A V T I O.**

Stringentia ſemper, viſceribus quæ imponuntur, conſociata habeant. Libræ molem non multum excedat.

Vbi exanthemata peſtifera effloſcunt, cordi imponi non debent; ne fiat palindrome ad partem nobiliſſimam, cuius officio vita noſtra carere nequit.

Maximè in febribus adhiben-

tur, ab euacuatione vniuerſali, & in ſtatu: cùm nepe ſymptomatum plena ſunt omnia: ſubinde, ne calore ardeſcât corporis, notanda. Sed, in putridis febribus, ante declinationem non temerè admoueri debent: nam cor illâ ſyſtole & diaſtole, quâ perpetuò micat, excludit fuligines; has tu retines? certè, cutem denſando, quam alioqui traiciunt fumoſa excrementa. Inde putredo maior, & febris acrior, quin criſis impeditur. Cauſos tamen & Peſtilentes excipe: nam cogimur interdum in cauſis, neglectis noxis putredinis & obſtructionis, ad ardoris extinctionem, in vigore, nos totos conuertere. At in Peſte, non ſolum in ſtatu, verùm & per initia cor roborare ſtringētibus, & repellentibus à venenatis halitibus tueri conſilium eſt. In cæteris ad empyreumatis extinctionem, in declinatione admouebuntur.

Cùm calfaciendum eſt, additur ad penetrationē vinum: vt in ſyncope à ſanguinis grumis, ab hauſto veneno frigido, à ſemine corrupto.

Cùm refrigerandum eſt, additur acetum, pro aquæ libra, aceti vncia: vt in ſyncope à diſſipatione ſpirituum per febriles ardores.

Teſtibus quoque in ardoribus admouentur, cùm arteriis venis que illi abundè rigati, totum corpus ſua temperie perfundant; indicio ſunt eunuchi. Vt ℞. aquæ nymphææ, aquæ plantaginis, ana vncias quatuor; vini vnciam vnā; linteo admoucantur. ad robur ſeruandum vinum adiicitur.

Ad cor.

Vt ℞. aquæ roſarū ℥iij. bugloſſi lib. ſ.

*Ratio
in thoma
his conſi-
derand.*

Hepati.

Cordi.

*Modus
vendi.*

In peſte.

*in
liu*

Notand.

Caſa.

Reſtig.

*Eſti
ma
lyſti*

lib. β. succi melissæ vel scabiosæ, vel cardui benedicti ℥ ij. pulueris di- margariti frigidi ℥ j. s. corticis sicci citreorum ℥ β. (sem. citri, & cardui benedicti, addūt quidā & spodium, & corallos) moschi, croci ana gr. vi- ni albi ℥ j. s. epithema pro corde.

Veteres.

Epithemata veteribus diceban- tur malagmata, quæ partibus visce- ribusque inducuntur. vt *ἐπιθέματα καθαρικὰ* plurima describuntur ab Aëtio lib. tertio. Dicit Aegineta pro- priè vocata fuisse epithemata, talia malagmata quæ mediis corporis partibus adhibentur, 7. lib. 18. Hæc fuisse ita sicca, vt nec proprio len- tore adherere partibus potuerint, sed externis fasciis constricta, ad- hæsisse corpori, auctor est Actua- rius lib. 5. Meth. cap. 1.

Πυρε. Fotvs vel FO- MENTVM.

FIT ex leni tepore, ac vapido; leniendis doloribus præstans; ad molliendum, ac fundendum maxi- mè comparatū. Quare grato blan- doq. calore partes laxat: vt scripsit Galenus in Methodo medēdi, quæ ad suauem illum madorem quasi libidine quadam tactæ se aperiunt: vt ad ardorem infestum se compri- munt. Ad robur quoque languidæ partis vtile fomentum. Vt ex variis rebus paratur, ita & variis partibus studet; vique diuersa præcellit: nam & astringentia præscribun- tur in fluxibus.

Materia.

Coquuntur herbæ, radices, se- mina, flores, ex vino, vel aqua, cui in fine coctionis interdum quid vi- ni vel aceti affunditur.

Fit interdum ex oleo, cùm mol-

liendum: Coquuntur & ex lacte cùm leniendum; vel cùm validè est digerendum, vel siccandū lixiuio, aut chalybeata aqua fabrorum; & ex ceruisia, vt Gedanâ, madescunt cruda fila ad herniam. Coquuntur ad tertias, vel mediæ partis cõsum- tionē. Omnē remediorū partium studentium varietatem admittunt.

τ

Radices ferè sunt, maluæ, althææ, liliorum, & raphanus, & petroseli- ni radix, &c.

Malua f. mentum

Semina maluæ, althææ, petroseli- ni, apij, lini, fœnigræci, seseleos, agni casti, fœniculi, anisi &c.

Flores, chamomelini, meliloti, summitates anethi, sambuci flores.

Fructus, ficus passulæ, cucumis agrestis: Herbæ, præscriptarum re- rum, & bellis, thapsus barbatus, ca- lamentum, origanum, violaria. Li- bra liquoris accipiat M j. vel ij. her- barum: absumat dimidium co- cturâ, vel tertia pars.

Usus.

Fotu vtimur antè linimentorum ac emplastrorum admotionem, vt poris patentibus; integris viribus remedia penetrabilia corporis feriat. occasio à purgato euacuatoq. cor- pore, alioqui plus ad partem cal- factam trahunt, quàm ab ea eua- poretur. Hinc Galenus dicit: Ex- trema pernicies est, non puris præ- cordiis adhibere.

Modus.

Occasio.

Enguis

Molli spongiâ, panno, vel vesicâ semiplenâ admouëtur, vel philtro.

Exemplū.

Vt R. rad. althææ, liliorum albo- rum ana ℥ ij. seminis lini, fœnigræ- ci ana ℥ iij. ficuum pinguium N. vj. florum chamæmelorum, anethi summitatum; florum meliloti ana p. j. summitatum maioranæ m. β. bulliant ex vino, & aqua añ: vel in

duabus partibus aquæ & vna vini:
vel in lixivio sarmentitio vitis, ad
tertiæ partis consumptionem. Id
emollit, ac discutit.

Observa-
tio.

Humida fomenta conueniunt
inflammationibus biliosis; vt sicca
his quæ ab aquoso tenuiq. sangui-
ne: nam illa dolorē sedāt, coquunt,
molliunt, discutunt. Sed cautè hæc
admouenda, euacuato corpore, &
cùm non amplius fluxio fertur
(etenim tunc reprimere expedit) &
ab vsu astringentium: nisi tamen
venenosa materia feratur, vt in bu-
bone pestifero, ne fiat palindrome
in cor. Hæc enim cutim perspirabi-
lem reddunt, & sanguinem in in-
flammationibus attenuant, ac di-
gerunt. Cùm adhuc influit mate-
ria, primò quidē sedant dolorem,
qui mox recrudescit.

Ad hepar & ventriculum labe-
factatum nunquam sine astringen-
tibus præscribatur: vt absinthium,
mastix. His colū, intestina, muscoli
abdominis non egent.

Sicca fomenta vt fieri soleant,
refert Celsus 2. lib. 16. in fine.

Quibus.

Admouentur fomenta, colicis,
nephriticis, stranguriæ, inflamma-
tionibus, pleuriticis, visceribus, vte-
ro, oculis, bubonibus, œdematis,
neruis induratis.

CAVTIO.

CAVENDVM ne nimis diu his
calidis fomentis vtamur; nam, dice-
bat Hippocrates, carnis effœmina-
tionem inuehunt; laxantur enim fi-
bræ, ac dissipatur propriū carniū
alimentū, ac humor inducitur ex-
crementitius: & neruorum indu-
cant infirmitatem, quorum robur
in siccitatis mediocritate consistit;

ἢ γνάμης νάρκωσιν, id est, cerebri stu-
porem, sensus motusque omnium-
que actionum cerebri labefactatio-
nem. & dicit Hippocrates, hæmor-
rhagias inferunt laxatis venis, fuso-
que sanguine: & lipothymias, reso-
lutis membris, dissipatisque spiri-
tibus. hinc mors.

SEMICVPIVM *practicorum,* INSESSIO, *ἐγκέδισμα.*

COPIOSIVS affusum fomen-
tum INSESSVM efficit: vt enim
minori spatio parti que corporis præ-
betur focus, ita toti parti immitten-
dæ INSESSIO. Sed propriè IN-
SESSIO quæ Græcis ἐγκέδισμα,
est, cùm ab imis pedibus vel femi-
nibus, vsque ad vmbilicum, ita vt
supernæ partes non humescant, in-
sidemus.

Vrinæ difficultatibus afflictis *vsus.*
mirè opitulatur, ac renum vitiis, ar-
tuum, vterique malis succurrit,
maximeque facit ad mensium euo-
cationē, & intemperiem. Est enim
veluti peculiare membro balneum;
quare & colicis, ac iliatis auxilia-
tur doloribus; modò nō sint ab in-
flammatione; nam tunc initio mi-
nimè conferunt. Et quamuis hoc
medicamen cum plerisque morbis
conueniat, iis tamen solis plerumque
adhibetur, qui partes premūt peri-
tonæo cinctas: vt sit quasi balneum
inferioris ventris; vel cùm vires
balneum non ferunt.

Ita renibus inflammatis, sedeant
in decocto maluæ, althææ, fœni-
græci, feminis lini. Et cùm calculus
vrget, his additur arthemisia, ros-
marinum, petroselinū, ruta, spica,
anethum, caricæ, & oleum.

In vteri

In vteri morbis ex aqua & vino, arthemisia, salvia, lauri folia; aut infundibulo vaporem accipiat, septa pannis.

Sedis vitiis opitulatur decoctum meliloti, papaveris, rosarum.

Hæmorrhoidibus ac vteri fluxibus. Ex aqua chalybeata decoctum, polygonij, plantaginis, corticum granatorum, rosarum, ruborum, roës, burse pastoris, pilarum cupressi, &c. rad. bistortæ, consolidæ, myrtilli, aluminis.

Ad metum conuulsionis in vulneribus, ex aqua & oleo fit soleum. His affectibus maximè studet in seffus: cum enim aliis ascribitur, id inedia fit balnei, aut labefactata vi ægrorum, quæ vsum totius balnei

non possit admittere, aut cum superior aliqua pars vsum balnei non fert.

A coctione herbæ includantur *Modus.* sacco, cui infideat æger; maximè in vesicæ sedisque vitiis. Vapor mollientium, tumentes quoq. hæmorrhoides laxat, ac longanoni dolo-rem placat. Herbæ à manipulis quinque ad octo, vel decem: radices ab vncia, ad quatuor vncias: semina à drachmis sex, ad vncias sex aquæ sufficienti inferuntur. Coquantur ad tertias.

CAVTIO.

Olim vngēbāt prius partes quæ non madescēbant hoc in seffu, ac caput, quod tegebant, ne vaporibus acceptis repleretur.

SEDES INSESSI APTA.



A Sella brevis, ac contracta.

B Foramen, quo sedet ægrotus.

C Vas, quod aquam habet.

D Epistomium ad aquam exhauriendam, cum frigere cœpit.

E Hoc aqua tepida infunditur vasi, &c.

Quamitas

BALNEVM.

A balanis dictum; nam veteres, inquit Suidas, his vescebantur, ac cortices igni dabant alimentum. Nam & sicco balneo ex furno æstu candente utebantur, vt testatur ad Constantinū qui Geoponica scripsit, Lib. secundo, cap. i. in fine.

Usus.

Hoc, vniuersum corpus mergitur, medicis omnibus auxiliū commendatum, tum Græcis, Latinis, ac Arabibus, ad sanitatē firmandam, deperditamque retiocandam: certē auxiliū iucundissimæ voluptatis plenum. cum intimis, tum in peripheria positis confert affectibus, totius corporis intemperiem abigit. placat ventris dolores: colli, vteri, cutis affectus hoc mitescunt. Adeoque nullam partem vitæ patitur sui esse indigam balneum. Attamen vtilitas sine assuetudine, tenuis; si ab usu alieni, sensim discant. Primis diebus, dicit Herodotus antiquus Medicus, horam mediā in balneo exigant, crescatque die longiore in duas vel tres horas. populi enim quidam alieni sunt à balneis. Scribit Ælianus 4. lib. i. Variarum, Dardanenses ter lauati per vitam, nati, in nuptiis, mortui. Herbarum à semi-manipulo ad x. manipulos, vel xv. imponuntur. Florum pugilli xi i. radices; ab vnciiis tribus, ad libras tres, vel v. semina ad vnciā vnam: legumina ab vnciiis sex, ad libras duas: mineralia ab vnciiis tribus, ad lib. iij. Coquuntur ad tertias.

Antiquū.

VTILITAS.

Dolores, lassitudinesque mulcet, exhauritque inquinamenta acriora sub cute latentia, intemperiem omnem corrigit, perfugium vlti-

um in morbifica materia contumaciore. menses euocat, nephriticis & lethargicis studet, vigiliasque placat: maximè peripneumonicis conuenire scripsit Hipp. 3. ac 57. & pulcherrimas rationes subnectit.

Sunt naturalia Balnea, ex Archigenis sententia, humidis frigidisque morbis & corporibus vtilia, podagræ, paralyti, anhelosis, fractis ossibus, vlceribus fluidis, scirrhis, & vt Antyllus vetustissimus medicus scripsit, morbis diuturnis student: nā acutis sunt noxia, ob feruorem.

Naturalia.

DIFFERENTIÆ.

Quædam Balnea naturæ vi varia facultate excellunt; vt aquæ tinctæ metallorū potentiā. Alia sunt arte fabricata, nouisque qualitatibus perfusa; vt aqua tepida, calida: &c.

Quæ vtrò ex metallis erumpunt, siccant ferè omnia, varia tamen vt metalla sunt, vel refrigerant vel calfaciunt, laxant digeruntque, vel stringunt.

Thermæ.

Calentes balneorum ac bullientes aquæ, quales vidimus iuxta Euganium montes, in villa Patavio vicina, ex sulphureo ardore efficacem illam vim ducunt; adeò vt ranæ cum fonti insilirent, ilicò conuulsæ exspirarent. Attamē quædam aquæ labuntur per salem, alumen, bitumen, vitriolumue.

Vnde nata fuerit aqua ostendet sapor, color, odor, lutum; & distillatione longæue coctione ac euaporatione loquētur reliquæ quid remixtum fuerit: & quoque naturæ inde curatorum morborum: nam interdum, à distillatione nil restibile manet: quòd vapore tantum sulphureo vel metallari traiciantur: vt flores

Ut notanda vlt. Baln.

flores à vaporosa odorum substantiâ fragrant.

SULPHUREA Balnea, eadem possunt quæ Dioscorides de sulphure prodidit 5. lib. 73. Etenim ab imis penetralibus corporis, ad peripheriam eliciunt inquinamenta cuncta: nervos emolliunt, inquit Archigenes, ac tenesmi dolores leniunt, splenes duratos molliunt, coxendicis morbo profunt, & pruritus abstergent.

Cautio in his sit, ne per os exhibeantur; iecori enim bellum indixere: & scripsit Archigenes stomachum his subverti.

Aluminosa minus calida sunt: oris vlcibus medentur: Archigenes ad sanguinis reiectiones præscripsit, & vomibundis: & hæmorrhoidum fluxu nimio tentatis utilia perhibet, & profluuiis menses, & temerè abortientibus: varicibus, sudoribus nimis & surarum tumori.

SALSA, ea quæ de sale scripsit Dioscorides, efficaciter præstant; arcent putredinem, extenuant, digerunt, scabiei & œdematis conferunt. Ita marina ex aqua articulorum defluxibus utilia: Vesicæ noxia sunt, ac, dicit Herodotus, exanthematis & vlcibus.

Bituminosa idem efficiunt, nervosque laxos reddunt; sed caput lædunt, inquit Archigenes: cum tepore molliunt vteri partes, vesicæ & coli.

ÆNEA balnea digerunt, & stringunt, purgantque vlcera phagœdena; fistulis medentur, ac carunculam narium, & sedis depascuntur: ori, tonsillis, vix, oculis, commendata dicit Archigenes.

FERRA refrigerant, innoxia-

que potu sunt, ut D. PETRI aquæ circa Apanum in Euganiis; ex qua, æstu flagrans magnam aliquando copiam bibi, sine vlla noxa. Scirrhotis lienibus conferunt, renibus æstuantibus ac iecinori auxiliantur. & cum quid stringendum sit, utilia perhibentur stomacho, inquit, & spleni conueniunt.

Plumbea balnea, cretacea, ex gypso, quæ valent eorum auctores, vi præcellunt.

Calida: frigidis affectibus & humidis, maximeque artuum opitulantur; & ab his, obstructionibus ac doloribus.

Cautio: picrocholis, æstuantique hepatis hæc calore suo sunt inimica.

FRIGIDA BALNEA potui sunt ferè, ad robur viscerum nutritioni dicatorum, & si quid copiosius fluxerit, sistunt: ac feruorem hepatis extinguunt. ut apud Eburones **SPADENSES** aquæ, quæ insignem vim diureticam gerunt, nec in corpore hærent, aut putredine contaminantur, sed serum putridum sanguinis secum rapiunt, vnde fætores imbutæ redduntur, eadem vel vberiore copia per urinam exclusæ.

Hæc de BALNEIS VLTRO NATIS.

Iam DE ARTE PARATIS.

Cum in ITALIA viuerem, mirandasque Balnearum vires animaduertentem, quibus ad omnem Morborum varietatem ibi vtuntur Medici doctissimi: diligenter ex illis indagabam, num imitatione effingere liceret easdem vires, ac aliis regionibus importare balneis fraudatis. Quare didici ab illis, ac apud ægros obseruavi ibi cum essem, illos, & sua ἀντιπαλάγματα succedanea quoque

Sulphurea.

Aluminosa.

Salsa.

Bituminosa.

Ænea.

Ferra.

Plumbea.

Calida.

Frigida.

Spadenses.

Artificialia.

neaque habere, quibus & ipsi loco
BALNEORVM eodem ferè suc-
cessu vterentur. *Hoc modo:*

SUCCEDANEVM BALNEI
D. Virginis Patavij.

℞. aquæ fontis q. s. Capitū arie-
tum numero tria; pedum eiusdem
quatuor: contundantur, quatian-
turque capita & pedes; rosarum ru-
brarum, foliorum lauri, ana mani-
pulos tres: portulacæ recentis; ma-
nipulos quinque; solatri, semperui-
vi, cuiusque manip. duos; misce,
bulliant; hinc fiat colatura, eaque
repente bis die vtatur, duabus ho-
ris ante cibum.

SUCCEDANEVM AQUÆ
D. PETRI in Euganeis.

℞. radicum aristolochiæ rotun-
dæ, p. j. alkekengi ꝑ s. florum cha-
mæmelorum, p. ij. Bulliant in libris
quatuor aquæ fontis, ad consum-
ptionē dimidij, ac colentur: ℞. præ-
scripti decocti ꝑ vj. seri caprini li-
bram vnam; misce, fiat potio; bibat:
& semihoram ambulet, donec aut
aluus, aut vrina solvatur. Mox alte-
ro die, capiat vncias septem, & ses-
quilibram seri. Tertio die auctario
quasi accedat sesquiuncia; dum
surgat copia, in libras tres, per octo
aut decem dies. Hoc, loco ferri vi-
tinctarum aquarum vtebantur: Re-
frigerant, siccant, adstringunt, &
expurgant.

**SUCCEDANEVM SULPHU-
REORVM Balneorum, in Clysmis.**

℞. radicum centaurei minoris,
aristolochiæ rotundæ ana p. j. cha-
mæmelorum manipulum vnum:

bulliant ex arte. Dein ℞. sulphuris
ignem non experti, vncias duas: de-
cocti præscripti, libras quinque:
bulliant, & ex libra fiat clyisma: fla-
tus excutit, doloremque placat, ac
vitream pituitam extrahit.

SUCCEDANEVM BALNEI
IN COLICIS.

Huius præscripti balnei libræ
triginta accipi poterunt. Vel ℞. sul-
phuris ignem non experti, libras
duas; aquæ puræ, libras triginta;
aluminis rupei, semilibrâ: Bulliant
dum despumata sint.

NITROSI BALNEI
Succedaneum:

℞. nitri, vncias quinque; saluæ,
betonicæ, labruscæ, cinerū ossium
mespilorum, ana p. j. fiat decoctio
ad dimidium.

Salsi balnei succedaneum, pro
tumore pedum: ℞. lixiuij veteris li-
bras decem, salis libram vnam; nitri
semilibrâ; bulliant ad octauæ par-
tis consumptionem; dum sal & ni-
trum liquecant.

Nitrosa salsaque balnea dicit
Archigenes, capiti, & thoraci flu-
xionibus occupatis, stomacho hu-
mido, hydropicis, & tumoribus
omnibus student.

BALNEI D. HELENÆ
in Euganeis succedaneum:

Roborans ac partes nutriens.

℞. cinerum dulciorum lixiuij, li-
bras viginti: salis, libram vnam; ni-
tri, semilibram; sulphuris ignem non
expertum libras duas; bituminis li-
bras duas & semis: bulliât ad octa-
uæ partis consumptionem.

Poster

Postea veteri oleo vngatur pars, ac in vinaceis foueatur.

℞. aquæ loturæ cæsypii q. s. id est, pro singulis libris sulphuris ignem non experti, accipe aquæ libras decem; & salis fossilis libras duas; nitri libram semis; cinerum quernorum, vel abietis libram: misce. bulliant dum spuma tenuis reddatur, ac minùs ampullis obsita.

Hæc quoque cum arenis sacculo includuntur, ac coquuntur: Adde argillam, cum sale, sulphure, alumine, vel vitriolo, pice: hæc sacculo includo, & vnâ cum chamæmelis, malua, oxylapatho, vel scabiosa aquæ incoquo: scabiem contumacem ilico curauit hoc balneo.

A balneo extremas partes vngant vnguento rosato, quod sublimati duo vel tria grana habet. mirum in modum iuuat.

LVTVM quoque thermarum ita imitabimur: vt in podagra.

℞. fimi bubuli recentis libras decem, cæsypii humidii, semilibram; misce, & cum aqua cæsypii fiat emplastrum, vel strigmentum, vt lutum thermarum: in eo resideant aliquo spacio.

Hinc ablui debent, præscripto balneo: doloribus neruorum subuenit. mox à balneo adhiberi debet, vt hæc crustâ quasi obducta balnei vis, feliciùs agat, ac partes subeat.

Γλοιδς, id est, sordes balneorum, inquit Aegineta 7. libro, calfacit moderatè, mollit, discutit; fissuris, & tuberculis conuenit.

Scribit Theophrastus Paracelsus Smaragdi balnea veneris vsu

non ferre; vt sapphirus nec pestem nec lepram. Balnea, inquit, ex argenti fonte leprosis vtilia. Et dicit, balnea ex sale gemmæ commigrare faciunt in saxa, quæ lignea erant: vt ex vitriolo balnea, in æs mutant ferrum. Certè illud affirmare possum, me Patanij vidisse muliebre mammam in saxum euasisse, quòd, cum mortua iaceret, hæc fonte merfa fuisset. Magna sine dubio vis, & fontium & balneorum.

BALNEA sint tepida, cum eorum vsus initur. Balnea aquæ dulcis omnia aperiunt, ac excludunt inquinamenta & coquunt, lassitudinisque ariditatè molliunt, omni intemperiei (excepta humida) profunt; flatus discutunt, calidum enim natium promouent. Hinc omnibus febribus conferunt eorundem morbi materia, maxime que heceticis omni tempore auxiliantur: pleuriticis, peripneumoniacis; nam expectorato student. at non nisi vacuato toto corpore admoveantur.

Sit aqua pluuia, fluij, vel fontis; nam tenuis optima, ne astringat.

Balneis his additur oleum, butyrum, vel lac, cum vel lenientibus vel placantibus dolorem opus est: vt in calculo, in nephritide, & conuulsione, ac ad ariditate squalida corpora: nam laxatis poris, rigantur solidæ partes optimo hoc liquore.

Dolorem placant quæ fiunt ex temperatis, mollibus, ac laxantibus; ex aqua & vino, vt in flatibus conclusis aluo, vtero, vel renibus.

Exemplar.

℞. rad. althææ, liliorum alborum ana sesquilibram; foliorum maluæ, althææ, perdicij, violariæ ana mani-

F pulum;

NB.

*in non manum
ni cuiusdam
in Xim ania*

*Utilitas
doleant.*

Modus.

*Ad dolo-
rem.*

*Ad sca-
biem.*

*in lu-
mura*

vsus.

Mirum.

pulum; seminum lini, scenigræci, ana semilibram; seminis bismalvæ, uncias tres; florū chamæmelorum, meliloti, summitatum anethi, cuiusque manipulum. fiat decoctio ex aqua q. s. cui misce olei liliorum, & lini ana libras ij. fiat balneum. Diutius in eo versetur, vt placetur dolor; nec tamen sudor promoueatur, ne fatiscant vires.

Vbi scabies molesta, tergétia misce; postea siccantia, ad cuius robur.

Vt AQUA DULCIS variè calore frigoreque perfunditur, ita & varios effectus profert.

Vt Balneum ex aqua dulci frigida, attamen egelida, nõdum tamen tepida, hæcticis cõfert; firmat enim viscera squalentia æstu, ac poros. Quanquã Philippus antiquus Medicus, in his, balneum reiciebat. At grauitè Galenus contra illum egit libro de Marasmo, capite decimo, & duodecimo; & libro decimo Methodi, capite duodecimo. Hæcticis hoc modo admoueri debent: primò ponantur in balneum tepidius, (ita laxabuntur partes) hinc affunde frigidã, vt leniter tepescat (illud humectat) tertio tantum affundatur, vt frigescat: vel expiret calor, & per se frigescat, id enim densat partes: & iucundè ea frigoris voluptate perfruuntur in sicco illo corporis squalore. In primo balneo non hæteant diu, in medio aliquantum prolixius; in tertio minus quàm in secundo. Rosæ quoque incoquuntur & folia salicis, nymphææ, & hordeum, violæ, ad robur cutis. flores vtiliores foliis: quia tenuior est eorum vis. Succi quoq. miscentur vt solatri, cucurbitæ &c.

TEPIDÆ AQUÆ balneum, ^{Tepida.} naturæ cuncta negotia promouet, in his quæ moderato calido ac humore egent, ac apertis laxatisque poris refrigerat, exhaustis fuliginibus, ab æstu liberat.

CALIDÆ AQUÆ balneum, ^{Calida.} algore contractis malis medetur; sudores mouet, exhaurit corporis madores. Cauendum ne impuro corpore eo vtamur; nã cuncta fundit ac liquat. Vbi calor occupat corpus, noxium erit.

Olei Balneum.

Olim, vt prodidit antiquissimus Medicus Herodotus, libro de Remediis foris adhibendis, ex oleo solium institui solet, his qui diuturnis febribus cõsistuntur, & his qui lassitudine oppressi iacent, ac cum doloribus quatiuntur nervosæ ossium partes. & vrinæ suppressæ admouet Galenus. Omni enim ætati, maximeque senili dicit Herodotus, ac omni tempore conuenit. Et cum febris symptomate aliquo molesta est, commendatur hoc balneum, ea declinante; at in statu febris quartanæ laudatum remedium. At, dicit Herodotus, in vrinæ suppressione, ac in acerrimis doloribus, & cõuulsionibus festinandum est. Id ego ^{MS.} Patauij faustè in vsum ductum remedium noui, cum quendam ⁷ extenuatũ ac exhaustũ ferè, acerbissima cõuulsio occupasset, tepidi olei pleno vasemersus, ac fatus euasit.

Εγχείρησις huius Balnei.

Quinta pars olei caleseat, ac in solium fundatur; non enim vis traicere caloris, totum oleum foco potest: si hoc modo ab affusione oleum caleseat, nidorem nullum trahet.

q. s. ista s. s.
trunk a
vidr in
fra B

Aqua
dulcis frigi-
da.

Hæticis.

B

het, ac sequentibus diebus vtile erit vsibus. Sedeat æger in sede perforata, ne fluctuet; spongias sibi substernat. Si & caput perfunditur, spongia mollis oculis apprimatur, virium cura adsit; nam sudores facile profluunt ab hoc tepore.

Ita in hydrelæum sese demittere poterunt; sed primò quantũ fieri possit misceantur, sitq. sexta pars olei.

CAUTIONES.

Tempus. Hippocrates libro tertio De vitæ ratione in morbis acutis, scripsi aphorismo 54. χ μ α τ ϵ ν ϵ ρ ρ θ ρ θ ν μ α τ ϵ ν ϵ ρ θ ν λ ϵ ϵ α χ . id est; neque potu neque cibo saturatum, lauare est æquum: Ne cruda materia ex aluo in venas, & habitum corporis rapiatur. Cur igitur hoc æuo Medici, modò lac asininum exhaustus æger biberit, statim in balneum ægrum immittunt? Respondebunt, vt rapiatur in habitum corporis. At nos; non assimilabitur cum non coctum fuerit. Rectius igitur post quatuor horas id fiet. Et dixit Hippocrates, neque confestim à balneo sorbendum, neq. bibendum: nam excitato calore, vis caloris attrahens eripit occasionem mitificandi. Hinc Celsus 3. lib. 22. parca manu exhibet.

Quare opportunè dabis à balneo. quid? quod vires stabiliat, vt lac vel ptisanam, cum corpus rediit ad æqualitatem à balneo. Sin vires langueant in balneo, da panem vino tinctum, vel succo aranciorum. vel vuas ad sitim fallendam: nam Cassius Medicus in problematibus dicit, exhausto humido eos aliquando sitire.

M. Crudâ in febribus adhuc mate-

riâ, infirmâue aluo, à bainéis abstinentum. ita & in catarrho, hæmorrhagia, & viscerum effœta vi; quia cum balneo liquecant humores, huc ruent patentibus viis. Quare *Quo modo.* omnis cautio rectè colligatur ex balnei qualitate, quantitate, loco, tempore, & vtendi modo: nã æqualitas quædam esse debet in affuso liquore, ne vicissitudine caloris & frigoris offendantur ægri: hinc & assuescant prius aëri calido, ne repentina aëris mutatione lædantur. quare Hippocrates dicebat, via breuis ad vas balneariũ esse debet, χ ϵ ϵ ν ϵ μ ϵ λ α τ ν , χ ϵ ν ϵ λ α τ ν : id est, facilisque vasis balnearij ascensus, & egressus esse debet: nam lipothymia multi laborant. Quinetiam, dicit Hippocrates, qui balneo vtitur, modestum esse oportet, & taciturnum: quia mutatio quæ modò fit fortis, aut intrò, calamitosa est: quia hoc modo refrigerantur, qui serosum humorem profundere debebant. Quare ipse, dicit Hippocrates, omninò ferriari debet: nam alioqui distenti muscoli plus in adoris contrahunt, quàm dissipari possit.

Præterea qui ritè his vtetur, in promptu habere debet temperationis varietatem, vt à calido ad egelidum, hinc ad frigidiusculum fiat progressus in exeundo. Sunt enim quatuor BALNEI partes, aër, aqua *Balnei partes.* calida, aqua frigida, & sudoris detersio: & hoc est quod vocabat Hippoc. 3. acut. 48. μ ϵ τ α χ ϵ ϵ ρ θ ν . Nihil enim est perniciosius quàm cum horrore in balneũ descendere.

Et quoq. diligenter perpendendũ cui admoceatur: etenim rupta vomica in pulmonibus, & in renibus,

*In Balneo
Simpliciter
Sunt*

bus, multi in balneis interiere; periculofum & qui fanguinem profundunt, & qui lienteria sunt obnoxij, & naufeabundis, & biliofa ructantibus.

Summo ftudio, dicit Hippocrates, caput eft reliccandum fpongiâ, detergêdo & fricando occiput verfus: eft enim mador capiti inutilis, vt & frigus.

Sit libera aluus, & vefica; ne cloacæ huius fœditas in venas & habitum rapiatur, caputque vapores feriant.

Quando. Tempus matutinum optimû eft; moram, vires dicent: paulatim affuefcatur. A balneo ficcato ægro, cubili tradatur, vt quod attractum eft fudore excutiat ex habitu, & tegatur: Deterfo mox fudore, ambulandum lentè, hinc pafius ineundus; fed à Venere fit pax, ob exhaustum.

Modus. Antyllus vetuftiffimus medicus libro primo De remediis fcripfit, fenfim mergendû effe corpus balneis naturalibus; ne fi aliter, pori corporis fidant, ac vim aquarum excludant. Archigenes venientem à balneo, ac fudantem, à potu frigida arcebat, inquit Celfus, lib. 1. cap. 11.

Agathini doctiffimi ac antiqui medici fententia fuit, calida balnea rarè ineunda effe. At, dicit, qui vitæ huius curriculum fani perficere velint, frigida lauari fæpe debet; hinc qui fenectâ crudâ his vtuntur, rofeo colore (inquit) efflorefcunt, ac robur induunt, firmantque partes nutritioni dicatas. At dicit, qui calidis vtuntur, flaccidas carnes gerunt ac fluidas, omniaque, quæ cæteris expedita, languent: hinc barbarorum

corpora, qui frigida, & infantulos mergunt, firmiora: nec eorum pueruli æquè vt noftri, epileptia obnoxij: nam nutrices olim omnes puerulos cottidie calidâ ad fopnum lauabât; quod fi neglexiffent, foporari (inquit Herodotus) illos non poffe putabant. Attamen graçiles à frigidioribus caueant.

L A C O N I C A S V D A T O R I A.

Veteres ab vfu balneorû in Laconica descendebant. Hæc funt vel ficca, vel humida: ficca, ex aridæ exhalatione poros corporis laxante fiunt, vnde fudor promouetur.

Candentes igne filices cupæ imponantur, fuppositâ laminâ ferri: fedes ægri in medio fit; orbis ligneus aut vimineus fectus (vt vtrunque labro cupæ affigi poffet) linteis inducatur, quibus arceatur caloris expiratione: & vt caput cõmodè exerat, ritè admoueantur. conuenit craffis.

CAV T I O: qui astant, ægrum infpiciant, ne lipothymiâ labens in filices, totum corpus vrat.

Paulatim affuefcatur his: nam Herodotas medicus antiquiff. lib. De remediis externis, dicit balneis (hîc maior vis) fi quis tres hebdomadas vtetur, à dimidiæ horæ mora exordiat, increfcaturque fenfim, dum tempus duarum horarum hebdomadâ perficiatur. Ac paulatim ad femihoram redeat.

Humida Laconica vapore eliciunt fudorem. fiunt ex fudoriferis coctis ex aqua, vino, vel his remixtis: ac coctis in ingenti lebete offerato, ne quid expiret: ex cuius ore fiftula ferrea producitur in cupam, in medio amborum fundorum, quod,

*Caput in
firmitudinibus
in balneo*

*Arimum pax
post balneum*

Modus.

Baus frigidi.

Modus.

Humida.


quò, vapore, tota cupa impleatur. Etenim duplici fundo strui debet, imò, ac solido: altero sublimiore, multis peruis foraminibus, in quo ager vaporem toto corpore excipit.

Vapor ille cum æstuat nimis, aperto fistulæ supremo foramine mitescat.

In harũ inedia, decoctis herba-

rum, pedibusq. apposis ægri, sili- ces candentes iniiciantur; vt vapor inde surgat: coquuntur vt pulegium, hyssopum, origanum, thymbra, sal- uia, folia lauri, pyretrum, chamapi- tys, rosmarinũ, grana iuniperi, &c. Germanis hoc adhuc æuo frequen- tia sunt balnea: Quare qui plura de iis velit, legat D. Andernaci Tomi II. Dialogum VIII. in fine.

*Simplia
si sonifera
ad balneum*



A Cupa in qua sedes est ægri.
B Fistula qua & lebeti & cupa inseri- tur, cui infert vaporem.
C Fundus sublimior foraminibus peruius
D Orbis vimineus cupa affigendus.

IRRIGATIO, PERFUSIO,
Καταίονησις, κατάντησις.

Fit instillato copiosè liquore in partem: nam ita penitiùs pene- trant. Calidis maximè affectibus

studet irrigationes. Capiti maximè dicatum remedium, ad somnum prouocandum, deliriũ placandum, conuulsionem sedandam: vtile in febribus, & vigiliis: vt est deco- ctum chamæmeli, & caputum pa- paueris: quibus vel ex oleo coctis, caput rigamus, blandumque som- num conciliamus. Fertur Archige- nes præceptorẽ suum Agathinum

*Uiliss. Anisati
respi. max
modis*

Historia

ex vigiliis delirantem, confestim delirio vigiliisque soluisse, largiore oleo & calente, capite irrigato.

His temporibus, ac regionibus, non facile admittunt affusiones, etiam cum vrgent vigiliae. Quare iubemus vt brachiis, manibusque in decocto tali natent diu, hora somni; & si velint, pedibus. Fiat decoctio ad libras sex.

℞. maluarum, foliorum lactucae, cuiusque duos manipulos; capitum papauerum alborum, quindecim; corticum radicum mandragorae, semunciam; foliorum melissae, manipulum: (illa addo ad robur, & penetrationem) aquae q. s. fiat decoctio ad quintae vel sextae partis consumptionem, & non ad mediae ablationem: quia vis remediorum euania expiraret. Addi poterunt flores nymphaeae, meliloti, folia salicis, vitis, cucurbitae, semen anethi.

His similem usum ac medicamentum, embrocham, id est, irrigationem iam vocitant medici practici: at non ita veteres, quod embrochae descriptio mox aperiet. Veteres in canina conuulsione, & neruis vehementer affectis, oleo calida vi perfuso, caput rigabant: vt oleo Sicyonio calido; & cum tremor accedebat, castorium remiscebant. Ita podagricos ex marrubio in aqua, aut vino cocto irrigabant.

Ita & hepatici & splenici proprias irrigationes habent. Veteres excogitarunt olim irrigationem ad vomitum, quae iam noua haberi possit: Etenim Diocles glande ex elleboro vtero imposita, vomitum inferebat. Dieuches autem anum emplastro circundedit ex elleboro.

Horum exemplo, priscorum posterii pedes irrigabant cocto ex aqua marina elleboro, oleoque Cyprio, ac nitro infusis: ex qua perfusione pituitosa vomebant, quae prodesse videbantur podagrae, ac arthritidi.

Ad meningis vitia calida praecipue comparatum remedium, sincipiti ob tenuitatem cranei peruium: partibus in inflammatis vtimur, vt arteriae vna cum aere, frigus partibus calentibus inferant.

His quoque vtimur, cum in fractis, ac luxatis vincula soluere non tutum est, ne dissiliant membra; & vbi a solutione floris sanguinis metus est, tunc ex sublimi, quod peruat vis remedij ad membrum vinculis iniicitur. verum si dolor adsit, parum iuuat haec rigatio. Antyllus libro 1. de Praesidiis dicit, ad resoluendas inflammationes conferre, utque promoueatur pus in abscessibus. Vitiis calidis maxime succurrit: cum enim perpetuo affluat nouus parti liquor, maius frigus ducit hinc, quam ex fotu.

Coquantur herbae ex aqua, & quoque vino: in frigidis & humidis affectibus ex lixiuio, & balneorum aquis, & ex oleo vel aceto, aut his remixtis. vt in cerebri inflammatione, vtimur *καλας* oleo rosato, cum aceti quadrante. Cum dolor sedandus venit, oleum violaceum hunc molliet. Ad inflammationes laudatissimum est oxyrhodinon, quod constat ex olei rosacei partibus quatuor, & aceti vna, vt dicit Gal. 1. *αει δ' αρωματων*: ita enim medicriter refrigerat; quod plus aceti habet, id frigidius. Frigidis morbis adhibetur cum sale, vel thymo, salvia, &c.

Ad formam
mura lo-
tuo.

Ufus.

podagra
in artu
genitij

Ad vo-
mitum
excitandum.

Podag.

Ufus.

Mater

Doloris

Hy.

Exemplā. uia, &c. vt ꝑ. fl. violarum, rosarum, nymphææ, cuiusq. pusillum: foliorum nymphææ, solatri, plantaginis, cuiusque semimanipulū; seminum frigidorum maiorū, & minorum, cuiusque scriptulos duos. fiat decoctio ex aqua plantaginis, vel endiuizæ &c. ad libram; in fine coctionis adde aceti acerrimi, vncias tres: Initio inflammationum instilletur. Ad humidos & frigidos morbos, ex lixiuiis, vel metallicis potiùs quàm ex herbis fit irrigatio, vt alumine vel thalctide: quod æquè siccant ac calfaciant: & quos mouent succos, dimouent.

S P L E N I V M, F R O N T A L E, H Y M E C T A T I O, E M B R O C H A,

Ab ἐμβρέχο id est, immergo. etenim ἡ καταύνησις, differt ὑπὸ τῆς ἐμβροχῆς, quod post τῆς καταύνησις in parte aliqua factam, eidem lanam aut linteum, aut aliud superponimus, eodem liquore imbutū, quod perpetuò insideat. Hæc malè distinguunt hodie practici.

Splenium à splenis formā dictum, olim quoduis emplastrum significabat, & linteum oblongum: vnde Martial. *Splenia tolle legens:* Et quodque Emplastrum, vt antiquissimus scriptor Philemon in Philetæ. Ἀρ' ἐστ' λόγος τοῖς νοσέσι χηρίσιν. ὡς ἀπλωσίον πρὸς ἔλκυσιν ἀικείως τεθῆν, τὴν φλεγμονὴν ἐπαύσειν.

* Cataplasmatibus vices explet (quāuis fractiore vi) vbi commodè id adhiberi nequit: quod fit, vel à parvis figura, vt in capite: aut aded labefactato agro, vt pondus cataplasmatibus non ferat: ac inflammatione obsessis præcordiis, ineunte

morbo, cum intempestius est Cataplasmatū vsus: vel fractis & contusis, cum emplasticis locus nō est. Aceti ℥ β. sufficit ad ℥ iij. olei.

Hoc æuo medici in phrenitide, vigiliis ac acerbis capitis doloribus, remedium fronti & sincipiti adhibent ex aqua rosata, lacte muliebri, aceto rosato: his quid olei addunt rosati; linteo madente, tepidè admouent; fumos à capite arcet.

Qui his regionibus reformidant vsus humidorū, Accipiunt semimanipulum farinæ hordei, cum lacte muliebri, & aceto rosato, paucoque oleo rosato, pultis in formā, duabus sindonibus excepta admouent fronti. Declinante morbo chamæmelino oleo illinunt caput: nā, vt dicit Antyllus antiquissimus medicus, digerit, nec nouam materiam proleat: quod æquè nulli, dicit, remedio concessum fuit. Alij herbas calidas ex liquore coquunt, linteis admouent.

Formula.

ꝑ. olei rosati completi, olei violacei, olei nymphææ, singulorū vncias duas; aquæ lactucæ nymphææ, tres vncias; aceti (vel si vigiliæ urgent, succi citrij) vnciam vnā: vel addite aquam melissæ, vt robur seruetur capitis. nam Auicē. vritur chamæmelis in dolore calido.

C A V T I O N E S: phreniticis adhibeantur sincipiti & temporibus: dicit Antyllus, intacto vertice, ac posticis: nam origini neruorum frigus bellum indixit; quæ, calidis perfunditur liberaliùs, bonis agrorum rebus.

A frigidorum adhibitione abstinere si delirium fiat ratione futuræ hæmor-

His regionibus.

Chamæmelino.

Exemp.

quid addunt aceti in vigiliis

CAVT.

Critium.

hæmorrhagiæ; nam id foret lethale. Sin nil tale expectetur, à phlebotomia, ilicò admoue, ne fiat phrenitis. Sed dices, vnde noscam criticum delirium? Dico, si coctionis signa appareant in vrina, & pulsu, adsitque quædam *εὐφορέα*, fiet hæmorrhagia, ab his igitur caue. Si verò langueat natura, nec pepasmi adsint signa; cùm nempe victâ naturâ, ruunt in caput, nec eò feruntur naturæ vi, opportunè tunc admouentur; nam causam delirij arcent, vigilias, ac humorum acrium influxum longè ablegant.

O L E A.

Oleum vitæ sacratum liquor, corpora perennare facit. Democritus rogatus quid maximum vitæ tutelare esset, foris oleum respondit, intus mel. Hannibal à milite in montibus frigus illito oleo arcebat: athletis olim dulce subsidium.

Vfus oleorum initur, quòd peruat remediorum vis partium substantiam faciliùs.

Et vt acrius remedium hebescat: ita in pessis, ne vlceretur vterus, oleum amygdalinum adiicimus, vt cùm cantharides, aut flos æris admouetur.

Oleum oliuarum mediam temperiem sortitum est, ita vt eius vis nutet, quòd ab iniectis remediis trahitur. Sed crudius quod est oleum, maturo frigidius. quare cùm ex frigidis iniectis rebus, oleum componendum est (vt rosis) sit id omphacium: tantum frigoris, quantum astrictionis, habet. At si calidâ vi perfundere oleum velimus, maturum ac suauè accipiemus, & antiquum, vel quod vim calidæ her-

bæ biberit & aromaticæ, vt rorimarini, maioranæ: Nonnulli & amygdalinum loco oliuarum accipiunt. Sæpe lauatur oleum, ne die rancidum fiat, aquâ rosatâ, aliâue affusa modestè cõcutitur, ac sæpius mutatâ aquâ candore nitescit, & omnem acrimoniam exuit.

Oleum quòd antiquius, eò calidius: tenuitate & pelluciditate id elucet, & si faciliè illitis partibus imbibatur.

Oleum omphaciû ita parabis: in iice veteri oleo virescentes oleæ talos, fiet omphaciû. sed oleû Hispanicum est omphaciû: hinc mulieres id in alui fluxibus hodie exhibent.

Olea quæ aquosam secum rapiunt humiditatē, corriges iniecto pane tosto, qui bibit aquâ, vt oleum ex semine papaueris, & hyoscyami: ita cùm colicis oleum oliuæ bibendum exhibetur.

O L E A Q V Æ E X P R E S S I O N E F I V N T.

Ex Simplicibus rebus hæc olea fiût; ex frustibus, ac seminibus tritis, & contusis. Id fit absq. igne interdum, vt semē hyperici, in pistrino, molâ frangitur, ac vi oleum exprimitur; cui flores immittunt hyperici, soliq. exporunt vulnerariû inigne, secretumque remedium. ita torculari amygdalinum, nucum, ricini, à contusione exprimitur.

Quædam ignis admotione, vt ex tritico, ex vitellis ouorum, qui cocti in sartagine, & ab attritu digitorum, frixi, exprimuntur cùm oleum fluit; ex amygdalis, auellanis, nucemoscata, persicis, baccis iuniperi, lauri, myrti, hyoscyami semine, & cucurbitæ, & ex vuarum acinis, calfa

Criticum
vnde in-
not.

Vfus.

in pessis
ad m. sc. m.

Oliuarû.

Lotio.

Omphaciû.

Correctio.

Secretum
hyperici.

calfactis, & torculari subditis: linteo vino vel aqua madido inducta, repesunt ac torantur aquæ vapore. Hæc nullus vberius docuit Mestie libri tertij sectione noua. cum consulite, & doctissimum eius interpretem, Iacob. Syluium. *Nuci myristica.*

Ut amygdala in massam trita, sacculo setaceo vino antea aqua madido excepta, torculari subiiciuntur: ita nucis moscatæ massa, vapore rigata. Eo modo & bacca recentis lauri teruntur, & in vase duplici coquantur, & exprimuntur. Quidam nucem moscatam, macem, vel crocum, vel caryophyllos crassum in puluerem redigunt, & aqua vitæ aspergunt, diu balneo in longo vase coquunt; setaceo excepta laminis calidis exprimunt.

Herba oleosa. Umbellifera herbæ ferè cunctæ, oleosa semina fundunt. Id oleum leptomereia quadam excellit, aut restagnat crassiore substantiâ. Crassum viscidumque illud oleum pressione excludi potest; non enim fit illi via vi distillando; surrigi namque ob crassamentum nequit: hinc oleum nucis myristicæ nisi aqua vitæ paretur, concrecit instar butyri.

Bentouj. ni. Ex Beniouino fragrantissimum exprimitur oleum: Balneo maceratur id gummi, cum oleo ex nucleis cerasorum: hinc miscent ambram, muscum, & zibettam, ferreis laminis candentibus binis exprimunt: hoc est illud oleum quo chirothecæ imbuuntur.

Junip. Ex Baccis, elegans ratio: ut Accipe baccas Iuniperi, non senescentes, nec recetes (nam & ita fructuum nuclei colligi debent)

sed mediæ ætatis; misce parū aquæ vitæ, contunde in massam, adde & aliquid olei terebinthinæ limpidissimi: immitte vasa stanneo, ac elaudatur; balneoque imponatur, ut aestuet. Ab horis tribus prælo subde, ac laminis ferreis tepentibus exprimatur oleū. Id cochlearis copia sumptum excludit scotum, stomachum firmat, neruorū cōuulsionibus ac resolutionibus medetur, colicos vteri que dolores soluit, fœdam vim aëris arcet in peste, calculosis vtile: scabiem & fissuras curat. Similiter bacca lauri, hedera, sabinæ, exprimuntur. Si quid situs die contrahant, affuso vino retortis distillentur.

SECRETVS modus extrahendi olea ex omnibus floribus.

Accipies nucleos cerasorum: siccentur in calido furno, quò mador vanescat; dein cultro crassiusculè incidantur; mox stratis vicissim & his, & floribus, vitro, in calido loco (vt in balneo.) dies quinque foueantur; hinc cōtundantur minutim, ilicoque raro linteo, leniter adducto, torculari exprimantur.

OLEA QUÆ INEVSIONE FIUNT.

Hoc fit vel decoctione, maceratione, vel insolatu, vt docuit Aegineta libro octauo, capite vigesimo.

Decoctione, cum plantarū partes aliqua, gummi, vel animalia, ex oleo oliuæ, vel amygdalorum coquantur. Id cum fit, oleo affundimus vinum, aquam, vel succi herbarum tertiam vel quartā partem: coquimus dū exhaustū fuerit affusum:

vii.

viii. *vi.
 bar.
 7*

Florum.

9.

Modus.

Sum: quod intelligimus diu gutta igni iniecta non strepit, sed trans- mescit: nam alioqui tunc cohereret.

Sæpe macerantur prius, ut solu- tor sit vis. At: BARDONIS hæc co- qui præstat metu vtedinis, nec alio liquore opus erit: exprimitur & reconditur. Hac arte fit rosatum oleum, violatum croci, cydonio- rum, vulpinum, lumboricorum, masticinum, &c.

Sexta, aut quarta, sit remedij in- iecti, ad oleum pars, vt libra olei accipiat tres vel quatuor uncias her- barum: ter renouentur: vltimò ma- neant. Si sint aromata, primò ea incoque aqua, mox adde oleum.

Nonnunquam decoctione ex li- quore, eliquescet oleum: ita ex gra- nis sambuci, ebuli, & lauri baccis paratur oleum. Exemplū, per ignem:

℞. olei rosati ℥ vi. masticeis ℥ j. s. vini opt. ℥ iij. coq. ad vini consum- ptionem: hoc est masticinū oleum.

Maceratio fit in arenis, cineribus calidis, vel fimo equorum; vt vires proleat ac soluat iniectas oleum.

Antiquis hæc olea, *μύρα*, Latinis vnguenta fuere; cūm aromatibus inspissata essent, aut propria vi: veteribus ob fragrantiam expetita. Sed sine fragrantia nō dicebantur *μύρα*, vt ex hoc D. Basilij dicto elu- cet: *ὡς περ γὰρ τῶν πυρὶ αὐτομάτως ἐπι- ται τὸ φωτισθῆναι, καὶ τῶν μύρων τὸ εὐωδῆναι ἔστω καὶ ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσιν τὸ ἀφελί- μον.* id est, Vt ignem vltro lucis splendor, & vnguentū suavis odor sequitur; ita bona opera vtilitas.

In solatu vrimur in floribus (nata nullus flos coctionem fert) cūm te- nues florentesque vires, haurire oleum volumus; nam tepido vita

lique hoc calore non se in auram soluant. obita oleunt rosatum &c, anethinum, violarū, ex nymphæa, & liliorum floribus, chamæmelis: &c. apud Mesuem.

Nos ita vulnerarium amicis pa- ramus. ℞. olei oliuarū libras duas; verminam terrestriam manipulum: vitæ hyperemes musco quercino im- mictantur per diē, nam eò euomunt quicquid fœdè à terra sorpserit: ad- de florum hyperici, vel potius hos nondum emicantes (tunc enim ru- bedinetingunt) lib. s. florum cen- taurei minoris & capitum trifolij odorati ana ℥ iij. gummi elemnij tantundē: tota æstate soli æstuant exponatur. Ac singulis annis flores recentes, abiectis antiquis, remisce- antur: quidā & aliquid terebinthi- næ addunt: mira vis huius est olei.

Nonnulli addūt quid aquæ vitæ in qua quid beniouini solutum est.

Olea Hyperici.

Ad Olei hyperici compositio- nem quidam æquales sumunt par- tes olei & terebinthinæ; iniiciunt flores hyperici, & chamæmelo- rum, rosarum tubrarum, prunellæ & rutæ, centaurei, & parum florum chelidonij. Quotannis noui flores abiectis veteribus inferuntur: alij vino cū rubro sæpius mutatis flo- ribus in balneo coquunt. Nonnulli ad libram olei; remiscet terebin- thinæ tantūm uncias duas.

Alij quatuordecim diebus vino rubro infusos flores leniter coquūt, ac exprimūt: hisq. expressis, nouos flores iniiciunt, ac octidies mace- rant, & ex balneo coquunt cū pau- cā terebinthinā, dum vaneſcat vis vini: tandem croci quid iniicitur.

Sunt

*Rosatum
et viola
tulorum
et parum*

Exemplum

Maceratio

Antiquis

In solatu

*Alia
nt
refert
olam
Vulner
rium in
signo.*

Sunt qui dum coquitur, addunt thus, myrrham, opopanaxem, lac cocollam, & rubiam tinctorum.

Arida.

Accipe cacumina (cū se ex flore in semen colligere cœpit) hyperici, contundantur, vino albo maturo infunde, quò mergatur hypericum, soli per decem dies expose; hinc adde olei, quo pondere æquet & vinum & hypericum, insolentur dies decem, adice terebinthinam, nempe quæque libra olei, binas uncias terebinthinæ accipiat, & croci drachmam; nucis myristicæ, caryophyllorum, myrrhæ, cuiusque semunciam; resinæ pini, semunciam addat libræ; rubiæ tinctorum unciam; bulliant in balneo, obturato vase: vinum extilletur: mox cola. Vulnera glutinat, mundat, nec cicatrice fœdat, putredinem arcet, contusa recreat, venenis resistit.

Sunt qui antimonium addant, millefolium, caudam equi, benioinum & consolidam, axungiam porci, cuminum, rosas.

Et quidam terræ infodiunt dicta, semestri spacio.

Hyperici insigne Balsamum, quod per os sumitur, in capitis & internis vulneribus.

Accipe olei baccarum iuniperi, libram; olei extusi ex semine hyperici quattuor uncias; his adde flores hyperici; vitroque clauso insolentur dies duodecim, agitato cottidie vase. his exactis, novi flores iniciantur, abiectis effœtis, idque sæpius repetendum: rubia hic addi poterit, vel halosanthos.

ECCRISSES CHEMICÆ, ET OLEA QUÆ DISTILLATIONE FIVNT.

Ut veritatis soli, cuius castra, non Paracelsi, non Galeni nos sequimur, patrocinemur, fatendum certe est, Medicinam vix, & ne vix dum Gratijs sacrificaturam, sine elegantissimâ hâc Distillandi arte. Quam non modò utilissimam existimo, quin potiùs necessariam; ut sine qua ne vita quidem satis commodè duci posset: cespitat iam profectò sine hac arte Medicina. Hæc potentiâ ignis liquores elicit ex herbarum ac animalium omnibus partibus, quæ saporem, colorem, odorem, ac vim gerunt earum partium vnde dimanarunt. Hoc artificium comparatum esse videtur ad imitationem vaporum, qui in corpore humano, calore rigato, sese iactant ac voluunt: qui cū abundè se erigunt ad caput in sublime positum, vbi domicilium est frigidi succi, in κατέρρος coguntur, ac se effundunt, quos Distillationes vocant. Non aliter ac in magno mundo, ex anathymiasi abrepta in aëris regionē, ros ac imbres gignuntur. Horum imitatione, cucurbitæ vitreæ imponitur capitellum, quò longiùs à feruore recedat, utque attrahat vehementiùs rectâ in lineâ. Nam & homines, inquit Abincenna, decliui qui dormiunt capite, minùs his, qui erecto & sublimi dormiunt, catarrhis fatigantur: addit rationem Aristoteles Sect. 10. probl. 53.

Est DISTILLATIO partium tenuiorum, à rebus, in halitus extenuatio, & elatio à caloris vi facta:

Laminæ arboris distillatæ

Uditur.

Unde nata.

Quid sit.

& ob frigiditatem aëris in liquorem commutatio. Hanc *κατασαχυδι* Græci appellant. At Sublimatio quid aliud est; nam hæc non in liquorem fundit, sed exhalationes surrigit in altum à rebus aridis, quo puriores & splendidiores euadant: & adherent ad vasis operculum, & ad latera; liberat res à terreis & aquis partibus. Non nuper nata hæc præcellens ars; nam Albucasis, Rases, & eius auditor Abincennas, qui circa annū octogésimum supra millesimum à partu virginis florere, de hac, tanquam iam recepta & euulgata arte loquuntur. Et si Raimundo Lullio credimus, Hippocrates hanc omnino calluit, ac modos sciuit quo stellas, ex metallis etiam, cælo figere liceat, vt illi loquuntur. Si leant igitur qui existimant hanc artem Hippocrati & veteribus incompertam fuisse. Existimo hanc artem antiquiorem mille & trecentis annis, Plinij sententiâ; qui affirmat Caium principem, ex auripigmento aurum fecisse: & etiam scripto Suidæ, qui scribit, Diocletianum libros de Chemia auri argentique Ægyptiorum, ab antiquis scriptos, vulcano dicasse; ne Ægyptij hac arte, diuitiis comparatis, arma mouerent. Iulius etiam Firmicus Maternus annis iam amplius mille ducentis vixit, lib. tertio Mathesios, capite decimoquinto, Alchimia meminit: asserens, Lunam in nono ab horoscopo loco, in nocturna genitura, in domo Saturni, hominem Alchimia studiosum reddere. Maximè eo tempore ex-

cum urbem sedem regni constituerunt: cum litteræ emicare sub Mauiæ eorū rege vel Almirato cœpissent, anno salutis circiter sexcentésimum septuagésimum. Cui tamen arti summam maiestatem, si voluisset, Paracellus adferre potuisset; à cuius ætate maximum in vigorem, qualem aliàs nunquam surrexit hæc ingeniola inuentio. Quamuis ab ipsis Ægyptiis, si scruta antiqua eruantur, profectam hanc artem deprehendemus, sed ab illis occultatam; cum id Suidas illis tribuat, & Firmicus Maternus suam mathesin, in qua de Alehimia meminit, Ægyptiam appellet. Postea apud principes habitauit. Ita Abarach rosato à stillatio liquore celebratur, ab hinc annos quingentos: quam etiam fouit Rex Neapolitanus Robertus, & Odoardus Angliæ Rex, & omnes ferè principes hoc æuo. Hæc certè maximi vsus in Medicinâ ars; nam segregat heterogenia, & nobilitatem rebus addit, dum à fœditate, corruptioni obnoxia, illas ferè vindicet: quin & quæ tenuia sunt, facile à calore nostro superantur, exigua si mole admittantur. Adde etiam suauitate hæc blandiri, quod bonis naturæ rebus fieri in pharmacis, asseruit Hippocrates: nam vt ait Philagrius apud Aëtium, natura, odore grata lubenter amplectitur, ac inde recreata, ac quasi reuiuiscens, vires suas à morbi ferocia pressas renocat. Quare optarem sirupos ex aquis, quæ saporem odoremque herbarum spirant fabricari; ita citius corpus traicerent, ac omnia peruaderent, non sine quadam iucunditate.

Sublima-
tio.Antiqui-
tas.

s. lib. 4.

De Chemia
aniz et lar
pau. um
pau. Diocle-
tiani lib.
xxij. a
pau. Ag
pau.

vsus.

Sirapi
aqua.

*Adstrinforia
Sui generis a
... distillat
4. simpl. 7
Qua sa-
cill. hic ma-
rius rXh
Landa mi-*

cunditate. Nec tamen humanis artibus concessum fuit, ut sinistrè quidam putant, pura puraque elementa rebus abduci posse. Id enim iam in cōfesso est, ignem esse leuissimum: attamen quod primo loco erigitur, per distillationes, in quibusdam aquam sapit: ut in aceto, chalcanto, sulphure: at secundo loco, validiore ab igne, exprimitur calentior pars. Sed dices, ob mixtionis validam connexionem, calidiores partes cunctantius exprimuntur. Itane? profectò cū æqualis adsit mixtio, eadem in extendendis aqueis partibus, difficultas esse poterit. Imò in oleo chalcanti, & sulphuris, quæ ad ignem illi referunt, magnam acerbiteratem & astrictionem percipimus; itaque terreum quid inest: & quædam eorum terræ immissa subsidunt. Attamen similitudine ea qua propius ad elementa vergunt, elementa dici possunt, quamuis ex quatuor elementis consociata sint; leptomera tamen. Imò Auerrhoës negat syncera elementa iis locis habitare, quæ illis à natura dicata fuere: quanto igitur minus in mixtis? Illud Observabile, ut solariibus à radiis id quod leuissimum est sursum rapitur, ita quod vi ignis extillatur, tenuius seipso & calidius est, vel saltem minus frigidum: ut id acriori vel cunctantiori igne elicitum fuit. Ita Tartari aqua lactis stillatitiâ se inebriant. Et feliciùs restibiles suas vires tuentur extillatæ res calidæ, quàm frigidæ. Præterea notandum, quasdam res materiæ ratione maximè agere, ut astringentia, roborantia, densantia:

sed hæc ægriùs erigunt sese, quin potius fundo se committunt: sunt enim substantiâ crassa, & qualitate frigida. Aliæ res ratione formæ potissimum actionem suam exercent, hæ præclarè extillantur: horum munus est calfacere, extenuare, digerere, aperire, flatus discutere, &c. Sed cautè his utendum; longè enim validiùs suum munus peragunt, quàm illæ res unde dimanarunt: nam habentis crassamenti exuti iam sunt. Argumento sit oleum vitrioli, quo si quis utatur ad fontanellam cruri inurendam, quia tenuitas, nervos peruatet, & calamitosam phlegmonem excitabit. Præterea hoc mihi compertum est, quod ea quæ validâ flagrant à tenuitate distillata, peruadunt obstruentes succos, nec valido nisu eos extrudunt, nec validam actionem tepuationis edunt, sed his quasi inuolutis se traiciunt, & tenues euanescent in auras. Euenit in colicis nobis id doloribus, & in vrinæ difficultate; quæ cum oleis anisi minimè superabantur, ita decocto anisi facilè debellabantur: ignis enim vini ardentis, linteum imbutum non impetu quodam absumit, sed lambit: at ferri lignorumque ignis amburit. Quæ longiore autem & recto extillantur collo, tenuiora sunt reliquis: maximè repetita distillatione. Quod autem primùm ex stirpibus effluit aqua est; quæ vberius emanat ex viridibus: Mox sequitur oleum geminum, alterum tenue & album; alterum siccus & rubens, in quo maximæ herbarum potentia habitant. Quamuis in quibusdam re-

*Cautio. N.
Cautio in y
distillatione
oleum vit
Observa-
tio.
Modo*

*Elementa
nō distil-
lantur.*

*Quædam
primarij
a part
alijs dici
possunt
tenuitate*

*4 Meteor.
10.*

Notanda.

*Omnia
extillata
calent.*

*Qua ægrè
vel nun-
quā sur-
rigunt se.*

bus, vt. in vino & rosis, cæterisque floribus ac odoriferis herbis, in co- liquore qui primùm manat, tota stirpis proprietates sedē suam ha- buisse videntur; nam valido igne perirent. Secus in metallis, quòd densa eorum substantia, quodque eorum vires maximæ à materia pendeant. Propterea Hippocrates iubet, vt rizotomi seruent flores à flatibus, ne exanimentur: quasi di- cat, earum proprietates herbarum, in tenui earum parte consedit. At po- tēstne frigidum extillari? Lullius quintam essentiam ponit tanquam receptaculum omnium formarum, quæ, tanquam Proteus aut chame- leon, in cuncta se vertat. Gesne- ri Euonymus distillat flores nym- phææ, semen portulacæ, lactucæ, solani folia. Attamen distillata hæc minus algoris gerunt, substantiã vn- de manarunt, quamuis penitiùs penetrent: vel si consocientur cali- dis, magis refrigerabunt; quod Phi- lonio euenit, nam pro vehiculo dum vsui fuere calida, euolant: at restibile frigus hæret. Ita è recenti opio, & nudis allij capitibus, aquam vitreis organis distillant, ad somnum: opio enim absterget, ab- dita quadam vi, allium, suam fœ- ditatem odoris, & vnà in caput opium effert. Ita alij, opij & me- tellæ nucis æquas partes, cum se- mine hyoscyami nigri, in aqua la- tucæ dissoluunt, macerant, & di- stillant. ita ex Solano, & Mandra- gora. Ex solatri maioris tota herba distillatur aqua, quæ pota trium cochlearium mensura, internas vi- scerū inflammationes extinguit. Sed verebuntur hic mei dogmati-

ci, horum stricto frigore cor cōgla- ciandum fore, ac calidum inna- tum extinguendū; vel, quòd inter- ceptis viis anhelitus ac meatuum, suffocabunt. Verùm illorum te- nuitas domari poterit viuidi calo- ris vi, ac quasi in halitus mitescere. Quæ autem frigida vino extillato immissa sunt, à vino aliquid caloris spirant: nec tamen his euenit quòd Philonio; nam tenuis frigidorum essentia solùm cum vino miscetur. Sed num distillatus liquor purga- tricem vim secum vehet? nanctē- nitate potiùs vrnalis reddetur. Et similitudine fit illa attractio, quæ est Pharmaco cum succo at- trahendo: at violatis, vi ignis, par- tibus, soluetur similitudo hæc mu- tua: est enim ex elementorum mi- xtione quadam certa, hæc similitu- do: quin cùm magnetis temperies vertitur, affricato alio, non trahit ferrum. Itaque frangetur purga- trix vis distillatione. Sileo ea quæ arctando, leniendo, vel eliquando aluum ducunt: nam stricta maxi- mē fundum occupant, nec effe- runtur: vt nec lenientes vires, cùm calidi actio siccet, ac tenuet: nec li- quantia, cùm elicitã distillatoria ar- te, parū in stomacho perseuerent. Attamen cùm ex quattuor elemen- tis consociatus sit stillatitiuus liquor, aliquantulum purgabit: vt dilu- tum rosarum laxat aluum: quam- uis eius aqua minimè id faciat: & lac animalium quæ tithymalum depascuntur, ventrem deicit. ita si venter illinatur oleo quod ex libra aloës, & vnciã myrrhæ extillauit, stuppaque supponatur, aluus fere- tur. Exiguum sanè quod purgat, restibile.

Frigida
ut distil-
lata habe-
antur.

Frigida
per se sunt
distillata

Opij di-
stillatio.

Aquæ
Solani

Solani vis

An di-
stillata
purgent.

7

restibile remanet in distillatis. Atq. idcirco quæ extillatur aqua ex floribus perficorum, scammonei, & turpeti æquis partibus, balneo maris, magno quibusdam arcano, modicè admodum purgat. & radices ellebori nigri recentis aqua vitæ macerata, primò leni igne, mox valido distillatur, dum liquor exhaustus sit cunctus. laqua deinde vitæ extillatur leni igne balnei; & in eo quod remanet, iniicitur sacchari crystallini, quod satis sit. Datur epilepticis cum mulsâ, ad grana tui; velex decocto hippoglossi. Sed cautione in compositione ecchylomatium purgatoriorum opus est, ne remisceantur paucis purgantibus, valida calfacientia & siccantia: nam dum parû aluum ciebunt, à leptomeriâ remedij metus erit, ne agitati succi & attenuati, nobilibus partibus imbibatur, & penitus illapsi validiùs obstruant. Ita ad epilepsiam, non satis dextrè quidam accipiunt xylaloës, cinnamomi, turpeti, aloës, colocynthidis, cuiusq. drachmam: caryophyllorum, croci, vtriusque scriptulum: mosci, drachmam: iolabi, libram: aquæ vitæ circulo ætæ, binas libras: macerant duodecim dies: colaturæ præbent drachmas duas, vel tres. Aqua etiam vitæ potentiam purgandi frangit. Ex his conspicuum est integras rerum vires elici nō posse. Quamuis alioqui optandum foret, vt quam maximè rerum odores, sapes, & colores abducerentur. Saporè vix retinent quæ à dulcibus, salis, amaris, saccharo, aqua marina, gentianæ radice trahuntur: nam hi sapes in terrestri parte earum rerum habitant.

Difficillimè certè colores in distillata traducuntur: quòd color non æquè videatur à tēperie rerū pēdere; vt elucet in niue, & cepa alba, testante ipso Galeno. Verùm eodem loco admonet, quòd in eodem genere seminis vel succi, de temperie, ratum sit coloris argumentum; vt alba minùs feruere. Vt veritas elucescat, quidnam sit COLOR, cōpertum nobis esse debet, vel saltē vnde is oriatur. Aristoteles videtur dicere, ea quæ albiora, esse calidiora, quòd circūfluant. Substantiâ aëreâ. & tamen Galenus dicit cepam albam minùs feruere rubris: quamuis in quibusdam solis è diuerso eueniat. Et Galenus alibi affirmat temperiei consecutaneam esse non solum mollitiem, duritiem, saporem, odores, sed etiam colores. Auctor de coloribus, asserit colores sequi mixtionem elementorum. Quæ itaq. ratione consociant sese, in fabricam colorum, elementa? Hypothesin sumo, mixta esse conflata ex quatuor elemētis. In elementis autem notari possunt illæ formæ quæ præbent τὸ τὶ εἶναι, quas substantiales appellabimus, & materiæ elementorum, eorumque qualitates. Pro varia itaque consociatione formarum prodeunt proprietates rerum, vt ea quæ rhabarbarum bilem ducit: at liquabile vel illiquabile est à materierum mixtione; at temperatura explendent à confusione caloris, frigoris, humiditatis, & siccitatis: ita cōplexio, sapor, odor, mollities, durities, nequaquam Color. Quid itaque respondebimus Galeno? Hoc dicemus, cum loqui de temperatura quatenus notat formā substantialem:

De coloribus
abducendo
distillatione.
4 simpl.
vlt.

Quid sit color
et vnde pro
veniat.
5 gen. a-
nimal. 6.
Sed id in gener
animalium
lib. 1.

1 vs. pars.
9.

Pilon

ad Galen.
de coloribus
lib. 1.

Arvanu

Cautio.

Sapor.

tialem : nam hæc, apud Galenum, sequitur temperaturam, vel est ipsa temperatura. Et hanc formam exprimit vt medicus : nam indubitatum est, accidentia consuetanea esse formatum: cum tantum det agens de formarum consuetaneis, quantum præbet de formâ. Hinc dicit Galenus, colores sequi temperiem, hoc est formam substantialem; & hanc, vt medicus, exprimit. Itaque aliud est, si dixeris, hoc fieri ex illo; aliud, hoc sequi illud: accidentia sequuntur formâ, non fiunt ex forma. Cum itaque colores non fiant ex consociatione formarum, vel materierum, nec ex calido, frigido, humido, aut sicco; quo igitur modo prodeunt ex elementis? In elementis notari etiam debent aliæ qualitates, nempe diaphanum, & opacum, & lumen. Nam colores prodeunt à diaphano mixto cum opaco: quò diaphanum quod non erat luminis capax, eo fruatur, vt in peripheria fiat coloratum. Vnde Aristoteles animaduertens lumen hoc euadere in colorem, in superficie diaphani, dixit colorem esse, extremitatē diaphani terminati: scilicet ab opaco. At Plato non collineans hanc superficiem, sed potius lumen, scribit, colorem esse veluti quandam flammulam, ac fulgorē quandam ex singulis emanantem corporibus. Verum nec hoc satis est perspexisse, sed videndum, in quo consistat opacitas & diaphanum, & vnde prodeat lumen. Aliqui diaphanum ad elementorum puritatem, opacitatem ad impuritatem rettulere. alij hanc in densitatem, illud in raritatem. Non dextrè,

nam argentum magis diaphanum est auro, nam albus color maximè diaphano consuetaneus est, attamen aurum est purius argento: aliorum opinionem refellit fumus, qui quamuis tenuis sit, est tamen opacus. Quare affirmamus diaphanum consistere in puritate & raritate, opacum in impuritate & densitate. Atque hinc est, quòd visum dissipat ac disiciit fulgor, ob tenuitatem: opacum enecat, ob densitatem. Sic aurum minùs diaphanum, quia densius est argento; non, quia impurius. In albo colore viget diaphanum, & propterea visum disiciit: at in nigro opacum lasciuit, & propterea suffocat, quasi visum consociando. Aër & aqua Aristoteli sunt elementa diaphana, humida ambo. Propterea vbi Plato meminit diaphanorum, humiditatem mentionem facit. terra opaca est. Ad coloris itaque fabricam concursu opus est aëris & aquæ, quò diaphanum adsit: & ignis, quò lumen explendescat: & terræ, quò coniungat se opacum. Ad præcipuas has colorum causas collineans Author de coloribus, horum causam esse dicit lucem solis, ignis, aëris, & aquæ. Per ignis lumen, notat lumen quod degenerat in colorem: adiicit solis lucem, respectu colorum quatenus videntur. Sed sunt tales colores propter intestinum lumen, qui videntur beneficio solaris lucis, proinde externus ignis. Quare ex vario ignis discrimine, varij elucescent colores, vtque variè miscebitur diaphanum cum opaco; & vt fuerit diaphanum vel aqueum, vel aëreum. hinc mille

Colores unde.

De sensu & sensibili.

In Timæo

Diaphanum unde.

De sensu & 2 arit. ma 68.

Varietas colorum unde.

lulus

lufus colorum, ac calorum & frigorum. Quod autem pro ignis discrimine varij surgant colores, ex Platone intelligimus, qui proponit triplicem ignem, clariorem, tenebricosum, & medium: id est is qui est inter clarum & tenebricosum medius. Et dicit, ex primo igne, veluti ex coruscatione exiliente, fulgentissimus nascitur color. Huic contrarius est tenebricosus, cum dicit, ex altero verò penetrante (non dicit exiliente) & in humore extincto, veluti obruto. deinde medium proponit. Igitur ex diuersis ignibus, varij efflorescunt colores: nam ex clariori igni fiunt colores albi: ex tenebricoso, nigriores: ex medio igni efferunt se medij colores. Eâ itaque etiam analogiâ, vt variè miscabit se diaphanum opaco, varij elucebunt colores. Cùm itaque plus diaphani accesserit, magis albescet color; nigrescet ab opaco. Sed seruetur æqualitas in lumine. Ex igne clariore & diaphano, fiet color albus, hoc est, in quo non aderit plurimum opaci: sed excellit diaphanum, idque vel aëreum, vel aqueum. vnde patet Aristotelem rectè scripsisse, cùm ait, colorem album in animalibus calorem significare; quia fit ex diaphano aëreo: in aliis autem rebus, vbi fit ex diaphano aqueo, frigus denotant colores albi. cùm igitur viget diaphanum aliquâ in re, albescit magis color: si opacum, nigrescit. Qui itaque de colorum extractione à rebus solliciti sunt, colorum quæso naturam priùs exactè rimentur, & facillè notabunt, ex quibus rebus educi, & ex quibus minimè auelli

queant: ne alioqui oleum & operam perdant. **H**erbam eâ ætate quâ flores partim in semen dedit, totam accipies, cū radicibus, euelles meridie, splendente sole purgabis; non teres, nec comminues herbam; nam ita color & sapor euanescet. Sed totam cucurbitæ inferes, ac balneo tepido, cui immissi digiti non vrantur, distillabis. Tota cucurbita ab immissa herbâ impleatur. Extillet, dum nil liquoris restibilis fuerit. Eximes herbam, sicabis, ac in puluerem comminues, cribrabis tenuissimè, & dein in lapide teres, mixtâ aquâ distillatâ dum fricando atteris. ita tritam ollæ indes, & ex eadem aquâ superfundes, & duobus diebus tepido hæc committes balneo. Sexta quoque hora, immisso cochleari ligneo, materias volues, quò aquam peruadant. A duobus diebus, balneo eximes, & sepones, & sit in ocio dies tres: dein effunde aquam. Restibili cineri aliam adice aquam; eandem historiam perages toties, dum nec colorem nec saporem ducat à cineribus amplius aqua. at tamen à cineribus acriores reddi aquas verisimile est. Sed extra lineam ferè abieram, redeo. Quæ autem olea distillatione eliciuntur, hæc, resolutis rerum viribus extrahendarum, faciliùs eliquantur. varia arte resoluuntur, sole, igne, fimo.

Olea hæc, vim gerunt earum rerum vnde emanarunt, sed coactâ combinatâq. vi, parua mole ingentem potestatem spirant: etenim facultas materierum semilibrâ fusa, sæpe in vnciam trahitur, vt in ca-

H

riophyllis;

Modus
distil. opt.

N3.

In Timæo

Varietas
colorum.Auer. &
Collect.
29.Olea ex-
tillata.

Via.

ryophyllis; imò cinnamomi libra, in sesquidrachmam, vel ʒij. arctatur, hac pulcherrimâ arte.

Que distillanda ex seminibus.

Quæ res tenue ac leptomereia præditum oleum continent, aëris æmulum, quia facillè surrigitur id, DISTILLATIONE extrahitur. vt ex fœniculo, iunipero, aniso: ita anethum, semen saluiæ: cinnamomum, caryophylli, nux myristica, piper, zinziber, &c.

Quo modo.

Distillanda quassata, aquæ infunde; sint decem aquæ partes, vt prævncia vna materiæ, sint decem aquæ. Instructum sit vas æneum, stanno vel argento intus obductum. quidam primò vas testaceum igni obiciunt; dein arenam inferunt, quæ cingit vndique impositum æneum, quod tamè inclusum sit in hoc testaceo vase. ceruicem habeat stanneam, caput vitreum esto. Et caput vasis, aquâ mergatur frigidâ; in cineribus arenæ fiat distillatio. quidam penulam ducunt gyris per vas frigidâ plenum. Caue ne æstuet nimio feruore. Primò hydroëlaum manat, hinc aqua; tunc supprimendus ignis. cõcha abducendum oleum si natat; & oleum anisi: nam quædam sidunt, vt caryophyllorum, macis, cinnamomi.

Seruetur & aquosus liquor, is enim à fauillis eliquatus tenuis est; & qui educitur cum cinnamomo & anisi oleo, die, quadam sui parte in oleum crassescit.

Oleum anisi, & cætera quæ tenuitate excellunt, loco frigido seruanda, ne euanescant, sed potius vt concrecant studendum. Sed anisum cum distillatur facillè ebullit: quare non ilico impone galeam: sed

postquam bullæ excitari, & vapor sursum ferri incipit.

Herbæ ex quibus oleum elicietur, sint à madore alimentali liberæ: ita & teruntur facilius, & oleum deponunt. in vase proluxi colli extillentur, (à fermentatione decem dierum) ac cineribus ad duos vel tres digitos aggestis, euocetur. Alij addunt oleum amygdalinum recens, dulce, ad fescunciâ: & aquæ vitæ vnciam; macerantur per diem tepidè: lento igne, ex cineribus, distillatur. Dum aqua rubescit, augebitur ignis. Ita ex mentha, absinthio. Sed à floribus frigidis, vt violis, & nymphæâ, absit aqua vitæ.

Fit extractio & infusione in aquam vitæ, dum digitos duos emineat aqua: BALNEO Maris octo diebus macerantur, ac abiectis rebus noua materies inditur ter vel quater, dum insipida sit, finitur: tandem aqua vitæ vi balnei maris euocetur; in fundo efficax vis permanebit materiei iniectæ. Si velis extractum succum potius, figulino vase tenuior pars foco expiret. Ita herbarum, florum, seminum, & fructuum viuudas vires prolectabimus: & rhabarbari, agarici, turbith, veratri, hermodactylorum, saluiæ, cinnamomi &c.

Sesquiscriptulus horum, vi, semiunciam ferè æquat materiei.


Extorquentur quoque olea ex gummi, lignis oleaginosi, lachrymis, & viscidis liquoribus, & quoque ex metallis.

Extrahuntur Retortâ capaci duodecim ferè librarum; ceruix pedis longitudinem superet: excipulum sit vitreum, immittitur Retorta in testam

Ex Gummi, lignis, met. albi.

testam figulinam arena vel cineribus plenam: ac fornaci imponitur.

vt mox dicemus, ab affusa affatim aqua elicitur.



A Testa. B Retorta. C Excipulum.

Ex Cera eadem arte extrahitur ^{E Cera.} oleum: ex eius libra ferè septem vnciæ olei manant. Sed repetenda est hîc distillatio; etenim in butyri crassamentum abit oleum ceræ. prodest stomachi doloribus, tussi ex frigore, & podagricis. Si adieceris thus, myrrham, aloën, & gummi elemnium, fiet optimū balsamum. Alij ceræ vinum indunt.

Nonnulli qui dura Gummi distillant, vt thus, mastix, myrrha, duplum addunt aquæ vitæ, & olei terebinthinæ quadrantē ad gummi: & balneo maris decem dies macerant, aut fimo equorum. ^{E Gummi.}

Hac arte, Balsami æmula auxilia ^{Balsama.} fabricantur: nam calfaciūt, siccant, tenuant, aperiunt, digerunt, putredinem arcent, roborant: quale hoc, in paralyfi:

℞. angelicæ, acori, azari, rad. cyperi, ana ℥ j. masticis ℥ j. β. galangæ, caryophyllorum, cinnamomi, ana ℥ iij. nucum myristicarum ℥ iij. ligni aloës ℥ ij. gummi elemnij ℥ vj. aloës optimæ, myrrhæ ana ℥ β. castorei ℥ x. styracis calam. beniouini ana ℥ j. sanguinis draconis, ℥ s. florum lauendulæ, ℥ iij. olei nucis vnguentariæ, lib. s. Trita hæc aliquot dies macerentur in aqua vitæ, fiat distillatio vt diximus de oleo terebinthinæ.

Aliud.

Galbani vncia; gummi hederæ, vnciæ quinque: comminue & distilla: quod eliquatum est redde libræ sebesten: iterum distilla: nervos occupantes morbos fugat: memoriam occipiti illitum recreat.

Balsamum
paralyticum

ad morbos
nervorum
et memoriam

Viscida.

Viscidi liquores surriguntur ægriùs, quin sæpe aduruntur; hinc quidã adiciunt gummi libræ, duas vel tres libras olei terebinthinæ.

Et liquidiora sæpe æstu effunduntur; hinc arenas ac lapillos fluuiatiles remiscent, loco saburræ.

Ex ossibus

Ita ex ossibus humanis contusis quidam oleum proliciunt: quod, mirum quàm sit efficax in contumacissimis podagræ & articulorum doloribus, à morbi Gallici primordiis natis.

Exemplum.

Ex resina

℞. resinæ vel terebinthinæ libras duas: inde retortæ, ac quartam saltem partē eius impleat; arenæ siccissimæ vncias octo: sensim foco calefiant, nec effervescent. Primò, limpidus ac acidus liquor fluet. Secundò, oleum limpidum, aqueo candore. Tertio, fuluum manabit, maiori vi ignis tollendum. Quarto, æstu foci, stillat crassum rutilans. plurimū olei terebinthina fundit. Sed vsui interno melius id, quod,

Aliud : olei terebinthinæ, ouorum induratorum albuminum, cuiusque accipe libram : resinæ vncias sex : gummi elemnij, vncias duas : fiat distillatio per cineres, ex retorta : horis 36 absoluitur distillatio. cōtusis capitis vulneribus prodest. Aliud, terebinthinæ, sesquilibram ceræ flauæ librā; nucis myr. caryophyllorum, cuiusque vnciam. retorta lentè extillentur: distillato adde laterum vncias quattuor: & iterum distilla : neruorum prodest vulneribus, & tussi, pectori illitum.

Capitis
vul.

Vuln. ner.
& tussi.

Et terebinthinæ libras duas, olei cōmunis libras tres, olei laurini vncias sex, cinnamomi vncias duas : euphorbij, caryophyllorum, baccharum lauri, gummi hederæ, sagapeni, ammoniaci, opopanacis, galbani, ana vnciam vnam ; thuris, mastiches, cuiusque drachmas duas : si. vt scripsi, distillatio.

Vesalijs.

Vesalius ita Balsamum componit.

Et terebinthinæ optimæ, libram; olei laurini, vncias quattuor; galbani, vncias tres; gummi elemnij, vncias quattuor cum semisse: gummi hederæ, thuris, myrrhæ, ligni aloës, centaurei, cuiusque tres vncias: galangæ, caryophyl. consolidæ maioris, cinnamomi, nucis myristicæ, zedoariæ, zinziberis, dictamni albi, singulorū vnciā; olei vermium terræ, vncias duas, aquæ vitæ, libras sex: macerentur, ac, vt diximus, distillentur.

Tres manabunt substantiæ: prima, aquosa; secunda, aurea; tertia, rutilans balsamum. Prima, stomacho frigido studet, ac flatus abigit: Secunda, vulneribus medetur recentibus, ac paralyfi. Tertia,

Spem. vul.
paraly.

omnia illa efficacius præstat.

Oleum Balsami D. Fallopij.

Fallopij.

Et terebinthinæ claræ libras duas, olei de semine lini libram : resinæ pinii vncias sex; thuris, myrrhæ, aloës, mastiches, sarcocollæ ana vncias tres : macis, ligni aloës, vtriusque vncias duas : croci semunciam. fiat distillatio cinericio vel arenoso igne. Eo modo extrahimus etiam oleum ex antimonio, ei miscemus acetum forte, (sit crudum stibium) & oleum chamæmelinum, & hyperici miscemus : digerimus in fimo : & per retortam distillamus. Primò effluit aqua ab aceto. vlcera venerea, & maligna rubrum hoc oleum mirè curat. Alij miscent antimoniū & saccharum, ac distillant: debent æquali pondere sumi, & teri in marmore. oleum hoc rubrum dant epilepticis. Alij libræ stibij addunt sublimati binas vncias, retortâ distillant vehementi igne, ex cineribus tamen, malignis vlceribus causticum fœlix. Inferunt facibus aquam vitæ, & quod restibile est oleum distillant. aqua illa herpes, verrucas, can- cros, tophos arthriticos curat imposita. Alij libræ stibij addunt tartari crudi selibram, macerant aceto distillato, & oleum hoc extillatum lepram eximere aiunt.

Ex anti-
monio.

Epilept.

Vlcera
mal. ar-
thrit.

Primò manat aqua, secundo oleum vulnerarium.

Ex myrrha iam oleosus liquor ita paratur. Include in pollinem redactam myrrham indutatis ouorum albuminibus, abiecto vitello, ac iterum sectas partes committes, crati impone vel stanneo in vase foraminibus peruiio, & cellæ includes,

Ex myrrha

cludes, manabit liquor oleosus: qui vitro exceptus, & cum aquæ vitæ pari quantitate remixtus, in equino fimo digeratur menses tres vel quattuor: hinc vitro inclinato effundatur liquor, quod crassamentum restat balneo maris imponatur, vt euanescat quicquid aquæ vitæ inest, vel liquoris ab ovo eliquati; etenim in fundo remanebit oleum myrrhæ.

Hoc anchusæ radice admixta vehementius enitescit: ac guttulis aliquot affusis olei saluæ, caryophyllorum, vel cinnamomi gratum odorem afflabis.

Quidam accipiunt myrrhæ semilibram, vini rectificati libram, macerant in fimo equino, (vitro inclusa cum fuerint) diebus sex. Extracto vino, vi balnei, fundus oleum habebit: quod panno colatum, vim dabit balsami; etenim cuncta à putredine arcet, nam sesquidrachmæ pōdere haustum, putridos morbos sanat: cum peculiari liquore, parti & morbo dicato sorberi debet. Delet faciei maculas hoc modo: Vrticas acerrimas coque ex aqua, huius vapor faciem irriget, quo manet sudor; siccataque facies ilicò hoc oleo illinatur. alij myrrham in massam cum aqua rosarum redactam digerunt duos dies, & arenis distillant, igne valido, mox remisso, ne vratur sicciior massa. Iterum balneo distillatur: hoc oleum colli vesicæ vlcera sanat.

Eo modo & oleum camphoræ ferè paratur. in lac soluitur frigidum ac humidum: à lenissimo igne extillatur, tertio ordine frigefacit,

illinitur hepatis ac renibus feruore *Renes cal.* æstuantibus.

Oleum miræ potentie polychreston.

Et olei communis, terebinthinæ, *Polychreston ad varios morbos.* olei laurini, cuiusque libram; misce, & cucurbitæ immittantur, lentoque igne distillentur: quæ prima emanat aqua inutilis est, restibili materiæ adde cinnamomi, caryophyllorum, singulorum sesquiunciam, euphorbij, galbani, ammoniaci, gummi hederæ, opopanacis, thuris albi, masticis, baccarum lauri detractis corticibus, cuiusque drachmas tres, castorei, ligni aloës, ladani, olei spicæ, vel distillati ex lauendula, singulorum drachmas duas. misceantur cuncta ac digerantur. Hinc lapidem laterinum in fabaceas partes confringes, & in prunis vitro, donec excanduerint, ac oleo restinguito, & paulatim aucto igne distillentur. *Vis eius,* studet cerebro frigore madenti; nam memoriam roborat illitu, ac potu guttulis vino mixtis; refrigerato cerebro naribus *Neruosis frigidis.* immittitur, illinitur hepatis frigido. Bombace vtero immissum, factum mortuum extrahit, & menstrua euocat; grumofum sanguinem illitu & potu dissipat, crassam pectoris materiam extenuat, fistulas palpebrarum sanat, morsibus venenatis conuenit, epithematis modo ex vino impositum, vulnera antiquata sanat. Lienem illitu absomit, podagræ frigida ac lumborum doloribus opitulatur, conuulsionibus succurrit, surditati ex frigore medetur gutta auribus immissa, ac earum vermes necat, & susurra dissipat, vrinæ difficultati medetur quæ à crassa est materia, calculum absomit,

Putridi
M.Ad ma-
culas.

Vesica.

E Capitu-
la.

mit; vermes necat; mollit dura; discutit tumida; epilepticis prodest ac morbis frigidis. Tale etiam Balsamum describitur à Io. de Vico, ad plurimos morbos. & doctissimus Rubeus plurima 2 lib. 26. & Andernacus, qui etiam Galbaneta describit.

CAUTIONES QUÆDAM.

*Caloris
ordo.*

Qui hanc elegantissimam artem exercent, caloris series varias, temporis, ac æstus admouent.

*Gradus
caloris.*

In primo itaque ordine vel gradu caloris, fit maceratio ex aquoso vapore, vel fimo equorum, sole, & clibano. Vt cibus in humano corpore in chylum coctione abit; chylus, in sanguinem, qui defecatur vi lienis à crassa fæce, tenuique ab ardore, à fellis vesiculâ: ita parata materia, distillatione, in diuersa trahitur (paratur digestionem in fimo equorum & circulatione, nam sese ita librant cõmixtæ materiæ, solutæque surriguntur facile vi ignis) vt elementorû corrodie historia (vi solis iactatorum) nobis loquitur.

Digestio.

Digestio, vt vocant, ex fimo equorum hac arte fit. in loco subterraneo effoditur fossa; huic fimum equinum iniiciunt, calceque obducunt, iterumque fimum inferunt, idque repetunt dum fossa æquetur solo. si vim caloris acere velis, aliquoties fimum aquâ tepente rigabis. Sed ea cautio adsit, ne vnquam in algoré deferuescat: nam ita cucurbitæ indita putrescerent. Hoc negotio fit partium quædam separatio, fermentando. Etenim à putredine abesse debent, quæ est, mutatio totius putrescen-

Cautio.

tis corporis substantiæ, ad corruptionem, à calido externo: vt definit Galenus, 11 Methodi 8. Hic est terminus putredinis: qui est interitus formæ substantialis mixti. Itaque ex putrefactâ florum, herbarum, cæterarumque rerum substantiâ corruptâ, quo modo liquores eliciemus, qui puriores referant integrasque rerum, quæ iam periere, vires? Ex aceto vinum non surrigitur. refert enim forma, qualitates materiæ vnde elicitur: vt, si vinum fuerit odoratum, vnius anni nec decimumostauum mensem excesserit: hoc est ætate vigente si fuerit, optimum liquorem fundet. Itaque in his quæ facile euanescent & putrescent, cautè & tenuiter fermentandum: vt in fructibus, floribus, herbis. Sed cum plura consociantur, quæ cõcurrentia ita se traiciunt vt quid nouæ formæ acquirant: vt cum aromata vino dantur ardentibus, horæ quædam, non dies, macerationi suffecerint: vt, horæ octo. Lachrymæ, & ea quæ non æquè putredini patent, aliquantulum prolixius macerabuntur fermentatione. Fit autem Fermentatio ebullitione quadam cum humore, ex sententiâ Platonis, & Galeni, 1 prorrh. 2, 40. Etenim tribus opus est in fermentatione, tertiam partem, quæ in maiorem turgescit molem: humidâ, vnde flatus, qui tenuant terream & lentam humoris compagem. Itaque quæ facile putrescent aut euaporant, non sunt fermentanda. Sed cætera præcedat fermentatio, non autem putrefactio: nam à putridis acre quid stillat, & alienum pingue.

*Putredo
absit.*

*Fermentatio
moderata.*

Qua

Qua caloris copia in rebus digerendis opus fit, natura rerum explicabit, vt si vinum nouum distillandum fuerit; primò digestionem opus erit; at vetus vinum adedò spiritus tenues ac puros obtinet, vt separatione nulla opus sit.

Gummi. Gummata cuncta pinguedine rigantur alba, difficileque separabili: quare ni digerantur, distillatione vrentur. Quare vt facilius sese librent ac separent, à remixta mole, vitelli ouorum vnà miscentur in duritiem lixati; nam ita digestionem in oleum eliquata pinguedo, setaceo colabitur, & calido loco digeretur. quidam remiscunt cum vitellis gummi, ac condunt mensibus aliquot sub terra frigore madoreque insigni; trium quattuorve pedum altitudine; hinc arenis extillant feruidis.

*eu gra-
dus cal.* Distillatio per fauillas vel cineres, tertium caloris ordinem non superat. Quare quæ intus sumuntur, aqua aut cineribus sint eliquata, cætera maiorem vim exercent in corpus quàm decet: vt quæ per arenam candentem surriguntur.

Sit hæc series. prima per vaporem aquæ extracta, secunda ex aqua calida, tertia per cineres, quarta arenis. Hæc ad tertium caloris ordinem saltè surgunt. Limatura chalybis ad quartum gradum se erigit. In quolibet horum quædam est latitudo, vt in aqua cum sibilu edit, quasi iamiam bullitura, secundò, cum ebullit, tertio cum æstu effervescent. Quin eosdem feruoris gradus in fauillis & arenis notabis. Hæc variè moderamur ex ignis copia, fornacis latitudine, ac altitu-

dine, & caloris expiraculis.


Ex Balneo & naturali fit distillatio; quod ita imitabimur. Accipe partem vnã calcis ex fornace calentis, sulphuris semissem, aphronitri quadratam, aluminis bessem. redigantur in puluerem singulatim, cacabo infunde cuncta. cum ex Balneo maris distillas, sit pars cacabi tertia aquis vacua.

Ne viuida vis stillatorum oleorum euanescat, hoc modo claudetur excipulum: Accipe ceræ albæ vnciam, masticis semiunciam, boli armenia tres drachmas, misce, & vesicâ obuelentur.

Studendum est vbi tenuis materia eliquanda venit, qualis aqua vitæ, flores stæchados, & cuncta ex quibus oleum tenue ac subtile extillamus, vt capitellum eo modo fabricatum sit, quo nullo empyreumate elata materia inquinetur.

Hoc obtinebimus, si capitellum duplex fuerit, quo frigidâ excipiat.

Hoc modo



A Galea refrigeratoria, vel vesica magna qua galea vestitur, & circum isthmum arctè ligatur filo calciario.

*rum. Arundo vesica gemina immit-
tatur, ut frigida aqua immitti, ac
calida emitti possit, vel terra cingatur
capitellum, ut aqua à fistula af-
fusa exhauriri commodè possit.*

*B. Aenea galea, qua cingitur alia galea
refrigerante.*

*C. Fistula qua aqua imposita perpetuum
fontem frigidum suppeditare potest.*

DISTILLATIONES, & AQUAE ODORAE.

Notandum in rebus distillan-
dis, quòd quæ res vita auctæ fuere,
geminum liquorem continent: ali-
mentarium (cuius nempe portio in
aquam distillatione eliquescit) &
primigeniû, cuius pars est oleum,
quod saporem & odorem gerit eius
vnde dimanavit. Si itaque vis me-
dicata herbis, floribus & radicibus
extillanda fuerit, accisæ ac tusa, suc-
coque madidæ suo, biduo reponen-
dæ ac obserandæ: hinc primò
acriore, dein ignavioze igne fluant.
Sin tenuior vis in qua odor resedit,
elicienda sit, integræ, nec fractæ,
miti igne distillentur ex Balnei
aqua, vel eius vapore, ut rosæ, ma-
ximè si sicco loco collectæ fuerint:
nam ut scribit Plinius 21. lib. 4. illæ
odoratiores sunt quàm quæ humi-
dis locis leguntur. Nec eius aqua
ilico spirat suaue, priusquam sole
cocta fuerit. & mane rosa optimè
spirat. Talia mitissimè emulgean-
tur, ut per auram balnei. Vapore
itaque vtendum in his quæ tenui
egent igne, quæ halitiosa leptome-
riâ circumfluunt. Vocatur primi
gradus ignis balnei: secundi, cine-
rum: arenæ, tertij: Matthiolus are-
nas balneo committit, ut quasi me-
dius quidam calor efflorescat: vnde
effundi posse geminum affirmat

quorem: primum dilutiorem: alte-
rum, rubentiorè. quartus ignis gra-
dus limaturæ chalybis inditur. Fit
autem distillatio per vaporem mi-
tissima, nec vllum adustionis vesti-
gium imprimit; ac innatam sibi fa-
cultatem redolet. Vas æneum for-
naci inditur, ac aqua repletur: huius
labris, iunguntur labra alterius vrnae,
ac obserantur: sit vrna circumcir-
ca foraminibus quibusdam peruia
amplioribus: his foraminibus per-
tuso vasi, vas herbas continens in-
seritur, ac obseratur. Ne verò tran-
guescat calor vaporum, olla summo
apice foramen exile gerat, ut ritè
gubernari calor temperies possit.
liquor soli exponatur dies octo, ita
tutiùs perennabit. Eo modo & ex
gummis odoratus oleum fluit. li-
bra pulueris vix vnciâ olei fundit.

Quæ extillantur, si sublimi spa-
cio non euehantur, sæpius in distil-
lationem reuocari debent, quò cru-
dior materies (quam phlegma vo-
cant) abstergeatur.

Notandum quòd quæque tempe-
stiuè in vsum hunc trahantur: ut
enim variæ plantarum naturæ, aliæ
dulces, aliæ amaræ, ita & aliis tem-
poribus annus furculos ac flores
earum profert. Radices vt commo-
dè tractentur, eo anni tempore, ea-
que ætate extrahes, qua succi plenæ
fuerint, non nimia mole stupendas,
nec inopiâ tabidas. Contundes &
scindes, vinoque aspersas, calore di-
geres: sin humore luxurient nimio,
primò leniter siccandæ, filo traie-
ctæ; si pingues fuerint, tepor solis
ad digestionem suffecerit. Herbæ
commodè distillantur cum se in
primum semen colligit flos adhuc
restibi-

Quomo-
do.

X

Rosa.

Vaporis
balneum.

Ex gum-
mi.

Quant-

restibilis: tunc vnà cum radicibus commodè distillationi præbent. Quæ autè ex herbis eliciuntur vasculo impositis, quod aqua bulliens circumluat, nihil ferè bonitate cedunt his quæ per vaporem emulgentur. Quin & acrior ab igne vapor vrit, & à cacabo inflammatur interdum. Sin velis vaporem à tepida solùm aqua, nil ille surriget. Si validiorem aliquantulum petas, respondet balneo. Et varius in aqua calor, facilè obseruabilis: non æquè in vapore, nisi per aquam. Obseruabile, ignem optimè gubernari, qui ex carbonibus accenditur, nam æqualis est.

In ITALIA fragrantissima aqua extillatur ex floribus malorum citriorum, limonum, & aranciorum: quorum cum apud nos inedia sit, ita imitabimur.

Accipiemus illam abrasam flauedinem teneram pomorum (in qua fragrantia focus resedit) succo pomorum aspergemus (modò ad frigidum vsus ducere velimus) aut vino; vel si calidioribus vsibus accommodemus, Cretico vino, imò & aqua vitæ, & diebus quibusdam digerantur. Vel ilico excisa à pomo flauedo, sine attritione, extilletur balneo, ita cortices coroneorum malorum.

Vtilis hæc aqua, præter suauem odorem quem spirat, vsibus cottidianis, & quoque miscetur saccharo. Veneno & pesti resistit, halitum oris commēdat, melancholiam discutit, stomachi pituitam dissipat, oculorum crassitiem extenuat, ictibus venenatis appositu prodest; epithemata cordi gratissima inde

fiunt in populatim grassantibus morbis. Aqua ad præcauendā pestem & venena; accipe cinnamomi libram: flauedinē citreorum: summitates melissæ, semen angelicæ, extilla ex quatuor libris maluatici, & rhodostigmatis tantundem.

AQUA odorata Itolorum, quam Damascenā vocant, à rosis damasc.

Cinnamomi vncia; caryophyllorum semuncia; sampsuchi, roris marini, lauendulæ, foliorum lauri, pulgij, rosarū alborubentium (Provinciales vocant) singulorum viridium manipulus; vini Maluatici, aquæ rosarum, singulorum sesquilibra: incisis viridibus, ac aridis in puluerē versis, soli exponantur sex dies. hinc distillētur in duplici vase. Addunt quidam citrij corticem, styracis calamitæ, iridis, cuiusque drachmam: & flores iasmini. Hac aqua vestes, lintea, manus, naresq. asperguntur. Alia. accipe caryo-

phyllorum, semunciam: aquæ rosarum, sesquilibram: misce, & distilla: Ita myrrha distillatur: & eius guttulæ aquæ gratiā aspirant. Alia: angusti oris vasi inde mosci grana duodecim; alteri vasi inde rosas, vel violas: hæc vasa iunge ore, & soli expone, ita vt sublimes sint rosæ; linteo septo ora discriminentur. Quidam rosas parum cōtundunt. Caryophylli & cinnamomum loco mosci poni poterunt. Alia: ex rosis sternatur cucurbitæ ima pars: mox lilia succedant: & series quæq. habeat aspersos caryophyllos, & quid mosci: & rosarum stratum hæc iterum tegat: distilla.

Vel hoc modo suauissima fiat aqua: rosarū libræ tres incidantur,

contra per
stem

Aquæ odorata
prophylactica
non est
peruanda

Alia.

cinnamomi, caryophyllorum, singulorum drachmæ duæ: camphuræ semidrachma; radicis ireos semuncia; nucis moscatae, macis, singulorum drachmæ duæ: vitro excipiantur ac superfundantur vini Cretici, aquæ rosatæ, ac lauendulæ, singulorum vnciæ tres: dies octo macerentur, ac distillantur: ac mosci scrupulo imbuantur, ac sole dies quinque digerantur. Addi potest styrax cal. benzuin.

Alia ex superioribus composita.

AQUÆ rosarum libra: aquæ damascenæ, aquæ ex corticibus citri, singularum vncia: cyperi, drachma: ligni aloës semuncia: benzoini vncia: iridis tantundem: styracis calamitæ, semuncia: caryophyllorum drachmæ duæ: mosci, ambari, zibeti, singulorum scriptulus. Insolentur quindecim dies, vase cottidie agitato: cordi, cerebro, & stomacho profunt.

In odoribus notandum, quòd florum ac herbarum quarum tenuis est facultas & rara materia, vires omni distillatione euanescent, vt violarum, rorismarini, basilici.

Vt herbæ odorem non exuant, contundantur, ac digerantur, & torculari subiiciantur; & illa materia circuletur (vt aiunt) id quod purius est, hac arte à fæce seponitur.

Edulia contundantur, ac bulliant tres quatuorve dies, ritè obturato vase: hinc fetaceo exprimantur; mox distilla ex balneo: extillabitur aqua, at alimentalis materia fundo hærebit.

Ex omnibus ossibus oleum trahitur, nam dum æstu candescunt, oleo veteri extinguuntur, ac ab ho-

ris quatuor, in partes crassas comminuuntur, ac distillantur. Confert id oleum podagræ, epilepsiæ, arthritidi; vt ex maxillis equorum.

Baccarum Iuniperi.

Baccas plurimas contundes in massam, ligneo vasi impone, affunde aquam æstu bullientem, vt obturatur massa; iunge fæcis vini eam copiam, qua medijs pedis altitudinem superet: cooperto vase, diebus quatuordecim illis ocium sit, dum nempe acorem instar fermenti ducat massa: cottidie bacillo hæc massa agitetur. Tandem fiat distillatio ex eo vase quo terebinthina eliquatur; excipulum amplum sit. Ignis lentior initio excludet spiritum iuniperi, hinc substantiã vini, & granorum. hoc vinum apud Colonenses maximi vsus & precij est. Cochlear haustum eius, partum accelerat, stomachum firmat, conuulsionibus ac resolutionibus medetur, colicos vteriq. dolores compescit, ab inquinato peste aëre tuetur, calculosis expetitur remedium, fissuras vlceraque manuum sanat.

Ita & baccæ lauri, hederæ, & fabinæ extillantur. & ligna, vt guaiaeci: corni, quod strumas abigit.

Elegans ratio quã olea ex camphorâ, gummis, & aromatis eliciuntur.

Accipies oleum amygdalorum dulcium, cui misce camphorã (aut quod lubet aroma) ac in massam coque; sole digeratur: hinc exprime oleum, cui spiritus vini affundes quaternum digitum altitudinem, & octo dies alembico cæco digeratur. Hinc fauillis surrigatur spiritus vini; etenim fundus oleum retinet amygdala-

*12 miala m
pignora n
y do m i t
p 64 X*

*Ex baccis
& lignis*

*Ex gum-
mis &
romatis*

amygdalorum. Tandem hunc eliquatum vini spiritum, repente balneo auferes; nam fundus tenuissimum oleum habebit.

Eadem arte atomata elicies, & styracem, benjouinum, ladanum, crocum, aloën, thus, masticen, moscum, ambram, zybettã. Alij oleum tartari cum aquã rosatã his remiscant. Alij gummi tuso aquam vitæ addunt, vt quatuor digitos superet: duobus diebus balneo macerant: inde aquam colant, & aliam infundunt, toties dum coloris expers effundatur: consociata aqua distillatur, in fundo oleũ remanet. quod, si tenacius sit, redditã aquã iterum distilletur.

Alia ratio.

Accipe benjouini, vini rectè distillati, cuiusque libram. crassius comminuat benjouinũ. depressæ cucurbitæ imponantur. leni igne vinũ euocetur (à digestionē:) mox surrigatur oleũ acriori vi. hinc æstu torridiore ascendet gummi, quod instar mannæ galeæ accrescet, mira odoris fragrantia excellens: his tincta rosata aqua, iucundissimo odore perfunditur. Vel, benjouini contusi ℥vj. styracis calam. ℥j. ladani ℥ß. nucis myristicæ ℥ij. mosci gr. iij. aquæ vitæ ℥ij. fimo macera, ac distilla oleum. omnes vires firmat.

Oleum Terebinthinæ quidam distillant, remixto cinere querno satis copiosè, aut lapillis iniectis. Alij accipiunt libras duodecim terebinthinæ, & aquæ fontanæ libras triginta, (ne vrantur spiritus) ex organis aquæ vitæ eliquant oleum. Lētè exardescat primò ignis. Vnam olei libram, præbent libræ quatuor:

etenim quod relictum fuit, ilicò antequam refrixerit, in aquam frigidam effunditur, ac in colophoniam abit. Hæc in oleum vertetur hac arte; libram eius remiscebis vnciis duabus butyri, ac tenui igne liqueantur, inditaq. retortæ extillentur, efferetur oleum rubrum, ac parum facis restibile erit. Insigne ex his oleis balsamum parari poterit: etenim & terebinthina per se efficax est in vulneribus, hoc modo si præparetur: Accipe terebinthinam, & vinum rubrũ, sit æqualis vtriusque copia; bulliant; & nondum absumpto vino effundatur in aquam cyclaminis; sæpiusq. lauentur dum frigescat: hinc misce mediæ quantitatis vitellorum ouorum.

OLEVM SUCCINI per
DESCENSVM.

Extorqueri possunt ex plurimis solidissimis rebus hac arte olea. Vas inferius duos exerat canales, quorum superior ligneo cono obstruatur; inferior autè per vas aquã plenum traiciatur, aut fistulæ iungatur stannæ quæ vas peruadit, vt tandem in excipulum finiat. Vterque autè canalus se exerat per furni parietes. Infundes superiori canali aquæ frigidæ tantum, dum ex inferiori canali effluat, secumque innatans oleum in excipulum traducat: nam quod oleosum non est, sidet in vasis imo, quod canales habet. Fabricato itaque furno, cucurbitam superiorem succino ac lapillis alternatim implebis; nempe primùm sternes fundũ succino, dein supersterne lapillos, moxque iterum succinum iniice, idque toties dum im-

pleto vase silices operculum perforatum tangant. Excipulum contineat aquæ purissimæ ac frigidæ libram. Accende vndique ignem vi æquali emicantē; mox auctior reddatur, sensimq. vehemētiùs æstuet vsque ad vesperā: tunc enim aspergatur cucurbita vndique carbonibus ardentibus, imò obruatur illa, ac igne candescat. permittite vt tota nocte vltro refrigeretur. Postridie

exemptam cucurbitam deprehendes succino exhaustam, lapillos nigredine obductos; vas subiectum imum, fæces piceas ostendet. Dum hæc fiunt, studiosè nota, num subiectum vas satis aquæ habeat, qua oleum in excipulum eructet. Quod si inediâ aquæ elabi nequeat, ligneum conum extrahes, & aquæ calidæ tantum affundes vt oleum in excipulum prolabatur.

FORNACIS

FABRICA.



- A** Cucurbita superior cum succino, & silicibus.
B Operculum perforatum.
C Canalis superior, per quem aqua subinde affunditur.
D Canalis inferior, per quem oleum cum aqua elicitur.

Balsamum arte factum, insigni vi excellens.

Accipe olei terebinthinæ, ea qua

dixi arte extillati, libras tres; florum lauendulæ, maioranæ, stæchados, trium cordialium, spicæ, foliorum lauri, melissæ, hyperici, bethonicæ, saluiæ, rutæ, menthæ, absinthij Romani, singulorū manipulum: scordei, dictamni, cuiusque semimanipulum; radicum zedoariæ, peucedani, angelicæ, enulæ, iridis, pœoniæ vtriusque, calami aromatici, valerianæ,

valerianæ, strutij, seminis citri, ocimi, cuiusque semunciam; corticum citri, cinnamomi, galangæ, nucis moscatae, macis, caryophyllorum, singulorum vnciam; gentianæ, rhabbari, cubebarum, cuiusque tres drachmas; croci, drachmas duas: styracis, myrrhæ, cuiusque tres vncias: masticis, thuris, benjouini, vnciam singulorū: camphoræ, drachmas duas; mosci drachmam.

Primò cucurbitæ impone herbas, flores, & oleum terebinthinæ, adde spiritus vini quatuor vncias: Digere, ac extilla per balneū maris.

Hinc iniice huic liquori aromata, radices, semina, & cortices; ac à digestionem, citra empyreuma, surrige arenoso igne. Ac huic liquori indes gummi præscripta ac lachrymas, iterumque ad ignem reuoca. Moscus & camphora linteo commendari debent, ac in medium cucurbitæ suspendi; ignis enim æstum reformidant.

Hoc plurimis morbis cōfert, sanitatem stabilit, ac rationi incomperata vi, cōtumacissima mala persanat.

Finita distillatione, spiritus vini, balneo euocetur.

Fæces à prima & secunda distillatione restibiles aspergantur hoc spiritu, digerantur, ac vi ignis oleum per alembicum extundatur. rubicundum illud, ac empyreuma redolens, in vlceribus deploratis miram efficaciam habet.

DE AQUÆ VITÆ (inde dicta quædam vitæ tutelaris existimatur) distillata vi, ac vsu.

E vino extillatur puro, si quæ iniicienda ac maceranda sint, ferè

duodecim aquæ vitæ libris iniiciuntur, specierum & herbarum vnciæ octo: ac vitreo vase macerabuntur (occluso vasis osculo accuratè) diebus quindecim. Deinde vitreo alembico vasi superposito, aquæ feruentis vel tepentis balneo extillentur, osculis alembici conclusis. A Q V A quæ inde fluxerit, in aliud vas subinde refundatur, additis fantalis odoratis tessulatim incisis, & semiscriptulo mosci, & ambari in tenui linteo colligati, & rosati iulapij clarissimi libra. hinc fortiter cōcutiantur dum iulapium cum aquâ misceatur. Claudatur dein vas cerâ & membranâ, & dies quindecim quiescat: & vltimò in aliud vas trāsferatur & recondatur.

Hæc vini tenuissima pars, aqua vitæ vocatur. nam vt cuncta iniecta à corruptione vindicat, ita & ipsa corpori humano iniecta omnem putredinem arceat; coctiones promouet, excitato calore natiuo, euictisque cruditatibus viuendam vim spirituum vitaliū recreat, calidumque natiuum quasi in eclampsin euocat. Ventriculum calfacit, cerebrum humidius algoreq. pressum excitat, intellectū acuit, visum (iniectam cum euphragiam gerit) clarum lucidumq. efficit, memoriam reparat, vbi calidum natiuum opprimitur excrementis à frigidis: vel si infirmus sit, vegetat. Rectè parata erit, si ei immixtum oleum sidat, & si tota exuratur ab immixta flammâ; si eadē surrigatur, qua immixta fuerat, copia; manu trita euanescit ilico: vel si caphuram dissoluat.

Sed ita hæc aqua parari debet, vt cuiusq. propriè naturæ studeat,

*Vis aqua
vita.*

*vis
vita.*

& cum morbo presente pugnet. Nam cuiusque rei injectæ vires ilico proleat, & in se traducit.

Vt ornanda.

Vt si cerebrū in vitio fuerit, cephalicas herbas immacerabimus: si ventriculus aut cor, his studentibus rebus imbuemus. nam illico ob tenuem vim aquæ vitæ, vires appellant partibus ipsis. vt si cor fatiscat, cinnamomi vi, vel santalorum, caryophyllorum, zedoariæ, speciebus diarrhodonis abbatis &c. perfundetur: si caput vitium fecit, betonicam iniiciemus, nucem moscatam, melanthium, calamum, pœoniam, saluiam, &c. iniiciemus. Si flatus bellum indixerint, calaminthiam, mentham, cuminum, anisum inferemus.

Ita fiunt ex hac vitæ aqua antidota præstantissima: quæ, non solum hausta, sed & in faciem ex alterius ore proiecta, epilepticos, & animo defectos præsentaneâ vi reuocat; aphoniam expellit; & moribundos tamdiu sustinet, vt & miraculi speciem inferat. Etenim existimo ferè omnium rerum vapidas partes proleatari posse vini spiritu: quemadmodum frigidiora, aceto distillato: vt etiam quæ foris admoventur, oleo laterino, vel terebinthinae, & calcinata (si res combinationes fuerint) & digesta soluant. Melle interdum acuitur. Et hæc extractio est subtilissimarū partium, sine igne enim fit, non aliter ac nix.

CAVTVIO.

Vsum eius liberalius ineant frigidiores temperie, qui que flatibus, cruditatibus, ac morbis frigidis obnoxij viuunt: vt qui ventriculi dolore à cruditate & flatu premun-

tur; vertiginosis, comitialibus, paralyticis, melancholicis, veterosis, hypochondriacis, cordis pulsu, & animi deliquio laborantibus remedio est, si cottidie sumatur cochlearis mensura; ob iulapium additum non tantâ vi caloris æstuat.

In colicis doloribus à flatu & cruditate, vncia additur enematis foelici successu, maximè additis quæ flatus eiciunt, ac mithridatij vel theriacæ binis drachmis. calidis naturis hæc aqua bellum indixit; iecori namque ac renibus inimica.

Mirum est quanta facilitate languentes à frigore vires erigat. Insignis medicus Sauonarola narrat, Antonium è Scarperia clarissimum medicum, cum esset annos natus octuaginta, dicere solitum, se stillatio vini liquore, annos duos & viginti vitam produxisse. Et Iacobum Parmensem medicum eximium, cum nonagesimo anno proximus esset, hoc eum eidem liquori ascripsisse. Præterea Io. Franciscū Gonzagam primum Mantuæ Marchionem, plurimum huic succo tribuisse; vbi enim opus est peruatione, attenuatione, calore, nil potius distillatis: modò dextrè in vsum fluctantur. Attamen ardentia hæc ecchylomata, & Eccrises Chemicæ, vt etiam aqua ardēs, tenellulis corporibus inimica sunt: vt nec oculis infundenda, vt nec aqua vitæ nisi misceatur, cum rhodostagmate, & saccharo. Nec se fallant naturâ calentiores, existimantes cœlesti calore flagrare aquam vitæ: etenim elementarius is totus: auctor Aristoteles, quod idem calor, vt à corporibus cœlestibus, temperatus est, eorumque

*Vini spiritus
ad orationem
da valida:*

*Hæc in dogmatibus
luminis ad
extractionem
frigida a
phistima*

NS.

HISTORIA

*Ab
20
29
21*

NS.

2 anti

410

rumque ut virtute agit, hac ratione est cælestis. Cùm autem peculiari sua forma agit, id est, ignis formâ, nullâque cùm aliâ regitur, elementarius dicitur. Sensus, fidus in his iudex, differentiam calorum non agnoscit. Galenus, asserit febrem esse calidi nativi in igneum mutationem. Nec Aristoteles dicit calorem generationis cælestem esse, sed cælesti respondere proportione, ἀνάλογον εἶναι τῷ τῶν ἀστέρων στοιχείῳ. Itaque calidi naturâ, ætate, vel morbo abstineant ab aquâ vitæ. Novi suffocatos refrigerij inediâ, in calore abrepto, huius immodestiore usu, pectore. Stomacho etiam crapulâ onusto inimica est, nam paralyfin accersit, ac tremores his creat: nam tenuiores partes in caput effert. Cibum præcedat tribus horis, ita extenuabit & discutiet cruditates, & excrementa. Frigidis morbis utilis est, euictâ iam edomitaque materiâ. Quæ aquæ vitæ immerguntur viginti quattuor horarû spacio exuuntur suis viribus, quas totas sibi asciscit hæc aqua. Attamen præstantior redditur aqua composita, cùm vino generoso iniecta, ac octo decemve horis macerata distillantur. Ita, inquit doctissimus Medicus Rubeus, magno aliqui arcano, ex radice gentianæ eliciunt aquam. His miscetur vinum: ac quarto die solum his utendum. Immitti solebant, cubebæ, cinnamomum, galanga, nux moscata, caryophylli, gingiber, mace, zedoaria, piper, cortex citri, salvia, ammi, xylaloë, calamus od: stœchas, chamæpitys; theriaca, quam infundunt solum per mensem, sæpè

versant, dum croceum colorem trahat aqua. Putredinem arcet: sed tamen calorem acuit. Quæ fiunt ex zytho aquæ ardentes, saporem vini non gerunt nec fragrantiam, nec illam familiaritatē agnoscunt cum nostro calore: calorem & siccitatem concedimus, reliqua negamus: ars enim assequi naturam nequit, nisi eius supposita materia. Deprehenditur materies vnde manarit aqua vitæ, si guttulæ aliquot volâ in manus fricentur, euaporabit aura antiqui parentis, qui olfactu, qualis sit, facillè apprehenditur. Sed maximum studium adesse debet, ut optima aqua vitæ habeatur. Sit itaque vinum distillandum non corruptum, sed odoratum maximè, ætate vegetum. Sauonarola præfert nigrû albo, quod densiore substantiâ sit, & validiore, licet fortè non ita penetret. Sed existimo parcius elici ex nigro. Album magis laudandum, vel saltem rubrum: non enim salem extrahere consilium est: nam generosissimum illud Italiæ vinum, album vocat Dioscorides, quod tamen verè giluum est. Sit itaque flauum vel fuluum. Sauonarola fuluum vinum præfert, quòd sit stomacho gratum. Sed Galenus scribit, nullum vinû tenue esse exquisitè dulce, & saporis in aquâ vitæ non seruetur nisi phlegmatis ratione. Et ex tenui vino est facilior eliquatio & copiosior: nam ex dulci, paucihalitus efferuntur, ob crassitiem partium: & hinc est, quòd non ita inebriat: nec geniti inde flatus adeo penetrant hypochondria; & ipsum confert oleo Aristoteles: nec strin-

*gemis
bravdisin*

Adulterata ut noscatur.

A quo vi no sit distillanda.

2. anis.

*4 Me-
1507. 47*

gitur

2 gen. animal.

Composita aquæ vitæ.

Quoties utendum.

gitur frigore; & vritur. Scribit Albertus Magnus, quod vbi partes aquæ è vino extillarunt, restibiles manent terreæ partes perfusæ humoris oleagineo: quin si substantia illa vltèrius efferatur lento igne, emanat oleum: qua re plurimum inter se discrepant vina. Quod enim fortius vinum fuerit, hoc parcius manabit aqueus liquor: oleagineus autem copiosius. E diuerso, quo tenuius debiliusque, aqueus maiori copiâ stillabit, parcius oleosus humor. Rubrum pluri oleo perfusum est quàm album: & flauum, quàm aqueum. Aqueum vocat Albertus, vt doctè explicat doctissimus Medicus Rubeus, omnem humorem prodromon olei, dum phlegmati permixtus adhuc perseuerat. Laudamus itaque vinosum vinum & meracum, quod oligophoro opponitur. Mustum reiicimus, ob aquosam & terrestrem substantiam: nec vetus probamus, nam euanuit. Distilletur recto longoque collo, trium, si fieri possit, vlnarum, & sensim in gyrum, sine capitello, flexo: balnei hoc fiat aurâ. Sit dimidium vas vino plenum, & educatur tertia pars. Quidam decimam tantum partem emulgent, & repetitis distillationibus depurant. Sed doctè Sauonarola, Ad curâdos frigidus morbos acriori opus est; at in tuendâ valetudine, minùs acri. Quin studendum vt illum madorem retineat, quo spiritibus nostris familiarior & propior efficitur: nam hunc plerumque repetitis distillationibus deponit. Quare ad bonam valetudinem tuendam sat est, si primò ad dimidias extraha-

tur: deinde verò ad tertiâs. Ad morbos autem frigidus arcendos, ter distilletur: & singulis repetitionibus tertia tantum colligatur pars. Quidam ex decem vini partibus, vnâ distillant: hæc iterum ad dimidium extillant, idque quater; singulis vicibus attenuato igne ad gradum. Sed absit à valetudine defendenda hoc vinum: nam à Dioscoride vetus etiam vinum culpatur, quod nervos lædat: nisi parcè vsus eius ineatur, & aquâ diluatur. & aqua vitæ longè hoc est calidior & tenuior: nam ab infensâ flammâ tota eius humiditas exeditur: quare etiam validè calfacit, peruadit, tenuat, siccatur, quæ repetitis vicibus distillatur, vtilis madore frigido circumfluis corporibus, ac inde morboris. At ad tutelam valetudinis vinum putum laudamus, non distillatum, sapore & odore iucundum, moderatè haustum; nam id familiarius est naturæ humanæ, humidoque natiuo ab ipso summo rerum architecto fabricatum, cuius artem nulla ars assequetur vnquam. Læto quodam genio id genium humanum exporrigit, ac in lætitiâ & hilaria effundit, sanitatis author corporis & animi, inquit sapientissimus Siracides. Hæc nunquam efficeret, nisi calidum humidumque natiuum, ac viscera vitæ stabiliret: est enim humido aëreo multo perfusum, quo blanditur huic nostro, & erigit spiritus cordis, cerebrû absterget ab omni tenebricosa vmbra, & excrementis id liberat; nam modestè calet & humet. Propterea Bacchus Dithyrambus veteribus dictus, quod quasi

*vt distil-
landum.*

*Quando aq
or debet esse
aqua vitæ,
quod aq
non*

*Observa-
tio.*

*Qua
aqua vitæ
tutelari
sit sanita-
si.*

*Vini vitæ
libat.*

*Vini
bum
Loni*

31, 37

Tartari
oleum.

*Oleum Tartari
in hoc et tunc
re per phlogiston*

divisio 3

Acetis-
stillatio.

Fracastor-
ius 3 Con-
tagios.

E saccha-
ro & mel-
le.

E facibus

E Rosis
oleum.

*Aquarum
melle nigra*

quasi per duas fores vitam ingres-
sus sit: ex Ioue, & Semele (quod
imaginem Hebraicè sonat) quia
primùm ex humiditate vinum na-
scitur, deinde & temperatum calo-
rem accedere necesse est. Tale au-
tem aëreum verè vitæ studet: qua-
re Liuia Augusti octuaginta annos
vino Pucino rettulisse acceptos au-
ctor est Plinius, nec alio vsum. Scri-
bit Mathiolus, rusticos Iapidæ in-
colas, cùm vino Pucino cognato
vtantur, rarissimè agrotare, & vi-
tan ad nonagesimum, & centesi-
mum annum producere. Sit non
ita calidum, nec ita siccum. Pro-
fectò vna Lipothymia vini vini
ostendit. Ad distillatum redeo. est
simplex, quinta essentia, & com-
positum. Simplex, quod iam dixi,
tuetur valetudinè, tale iam Franc-
furto adfertur: Quinta autem es-
sentia fit, cùm, vt iam rettuli, sæ-
pius repetitur distillatio. vel cùm
aqua vitæ simplex diu in pellicano
gyratur, à tepido calore: nam ita
tenuitatem retinens, acumen fer-
uoris exiit, ac quasi in æthera abit,
& fragrantissima redditur; quod
moderationis symbolum est, nam
calet modeste. Lullius toto anno
hanc aquam gyrat. Sed, si verum
fatendū, tantum abest, vt si mense
vel anno gyretur, vt odoratior red-
datur atque suauior, vt potius cali-
dior ac actior euadat; à calore &
motu. Quare quintam essentiā vo-
care licebit illam aquam vitæ, quæ
est purissima, quæ exurit tota in
flammam. Hæc pueris, ni remixta
fuerit cum aliis, inutilis. At senibus
frigidis simplex potius aqua con-
fert, tertio tantum die. Cottidie lac

suum, id est, vinum bibant. Tartarum affunditur aqua vitæ: retorto vase, vt vitriolum extillatur; primò manat aqua, hinc oleū. quod grandi copiâ datur phthificis ex decocto; vlceribus curandis accommodum. Alij illud vstum aquâ diluunt calidâ, colant, siccant: affundunt vini aquam, macerant, distillat aquam, in fundo remanet oleum vreticum; datur eius drachma ex vino dulci: phthificos recreat. hepatis & lienis infarctus aperit. Distillatur acetum cum theriaca, affunditur aqua vitæ, erosiones oris & gutturis in lue venerea, à catarrhis acrioribus castigat, si tangantur adiecta bolo armenia, vel terra lemnia. pilos deciduos firmat in barba & superciliis. Ex saccharo liquor fit, cùm ei admiscetur aqua vitæ, quæ acceditur, & restibilis quædam remanet pinguedo. In mellis distillatione quinta tantum vasis pars impleatur, & sensim retorto vase extilletur: primò alba, dein flaua aqua manat, quæ est ophthalmica, cataractas eximit: vltimò rubra manat, vlceribus commoda, & pilis. Hæ aquæ iniectionum rerum vires facile bibunt, vt euphrasie &c. tussi & liei studet, si herbae peculiare iniiciantur. ex stercore vt fiat distillatio, docet Mathiolus, ad carcinomata, & oculos; & epilepsiâ curat, lapidem minuit, hydropicis, & moribus animalium venenatorum succurrit. E rosis ita fit oleum, folia siccentur aliquantulum, latifundâ cucurbitâ excipiantur, quæ media impleatur: alluantur rhodostagmate, vt mædeant: digerantur semimensis spacio tepore; cineribus modeste fiat distillatio:

K

distillatio:

Vinum
Pucinum.

14. lib. 16

Quotuplex
distillatum.

Simplex.

Quid
quinta es-
sentia.

Torlio
in aqua
et sic
vna.

E corticibus.

E vitriolo

distillatio: repetatur huius aquæ iterum distillatio tepenti diplomate; in fundo restibile erit oleum rubrum, fragrans, dicatum cordi, & cerebro. E corticibus etiam odoratis fit oleum; cucurbita vitreata media impletur aqua & corticibus, igni forti, ut aqua ebulliat, extillatur; oleum innatabit aquæ distillatæ: ita etiam ex cinnamomo. Frequens, hoc ævo vsus olei vitrioli me etiam euocat. Accipies optimi vitrioli libras sex: magno ac ventricoso poculo indes. fornax excipiat ultra mediam poculi partem, sic ut collum deorsum parum vergat. Tenui primū igne emulge eius phlegma: dein aucto ab igne incandescat poculum; & horæ spacio in eo ardore perseueret. Dein phlegma auferes, vnā cum eo quod elicatum est: & poculum collides, & vnā cum vitriolo, quod habebat, comminues in puluerem: & magno inferes poculo; & extillatum liquorem ei reddes, cui quadruplū iunges aquæ pluiæ. Sed à remixtā aquā in feruorem excandescet poculum: tu misce, & sine ut integri diei spacio ad teporē redeat. Mox quod clarissimum fuerit effunde: sed affunde nouā pluuiam aquam: ita salem elicies. Has aquas fictili nouo indes, carbonibus sensim exhauriatur aqua: restibiles erunt salis vnciæ tres, ex sex libris vitrioli. Hunc salem cucurbitæ aut poculo iterum immittes, & leni igne phlegma exiges: quo exacto, excipulum mutabis, ignem vegetiorem dabis: ita singulis horis abduces vnciam olei. Duæ libræ salis fundent quatuor vncias olei. Mixtum aliis li-

quoribus parcè, stomachum roborat, aperit; putredinem arcet, infarctus renum exigit, pestiferis febribus dulce præsidium: pueris cum aqua graminis ad vermes guttulæ propinantur. in malignis febribus miscetur vnciis quatuor iuris pulli, in quo herbæ cordi dicatæ coxere; cum sirupo citreorū. Cautio sit, ut squalidis corporibus parcius propinetur. Dicitur Latinis Atramentum sutorium, Græci χαλκίον vocant, iam vulgò vitriolum: Romanum blandius est, Germanicum acrius. Ex Sulphure ita fit: despuant libras octo vrinæ puerorum; sesquilibram addunt calcis viuæ; ferueant simul ad tertias, mox colatis iunge sulphuris viui puluerisati semilibram: vnā bulliant, dum exhauriatur medietas, colentur; & colatura distilletur. hoc oleum cancris subuenit, & neruosis algore rigidis succurrit. Quidam ouorum vitellos, cum sulphure & terebinthinâ consociant æquali manu; ac per cineres oleum eliquant. Alij aquam vitæ sulphuri mixtam exurunt; ita siccatum sulphur distillant ut oleum laterinum. Alij oleo tartari, repetitis vicibus, imbibunt, & loco madido oleum eliquant: fistulis & cancris accommodum. Alij ex aquâ vitæ illud coquunt, dum innatet oleum, quod concha abstergent: sæpius mutatâ aquâ. Quæ aquæ distillatæ humida vi madent, soli exponantur, tertia parte vacuâ cucurbitâ, quadraginta dies, in arena feruente: ita excutitur phlegma, & empyreuma tenues euanescit in auras, tertia autem pars arenâ condatur. Calidæ autem

ad fl
burs
lipm

Cautio.

E Sulphur
re.Observa
da.Vnus o ly
in tyoli

Modus

Quinta
essentiaEx lignis
& gum-
mis.

autem herbæ plerumque vino ri-
gantur; propterea, ne vinum no-
ceat, per aliquot dies ante distilla-
tionem loco madido, arenaque hu-
mectâ constituuntur. At quæ vi-
scosæ sunt herbæ, per vaporem di-
stillatæ facilè inquinantur putrila-
gine: arenâ hæ meliùs. incidi au-
tem vel teri primùm debent, &
parcâ manu vicissim imponi. Cùm
cupreâ vesicâ celebratur distillatio,
& dum ex viginti libris emulctæ
sunt septemdecim libræ, ne vratur
materia in vesica, desine. Rarò vl-
tra sex horas trahitur distillatio, si
duæ libræ materiei, cum viginti li-
bris aquæ in vsum venerint. Primò
augeri debet ignis, qui, dum cun-
ctâ incaluere, accidendus: ita eo-
dem filo trahetur distillatio. Aquæ
etiam satis commodè cineribus, at
olea arenâ eliciuntur. Quæ autem
surriguntur ex facili, vt herbæ, flo-
res, semina, radices, aromata, ere-
ctâ cucurbitâ distillantur: quæ verò
altiùs attolli nequeunt, vt gummi,
lachrymæ, resinæ, pinguedines, re-
tortâ rectiùs sublimantur. olea &
aquæ causticæ per ignem, maximè
ex metallis, efferuntur. Herbæ oli-
geræ, calidæ sunt & siccæ: vt rosma-
rinus, serpillum, ruta, calamintha,
origanum, lauandula, chamæme-
lum, salvia, hyssopus, basilicum,
nardus, apium, stœchas, satureia,
absinthium, liuisticum, thymus,
mentha, polium, iua, sabina. Se-
mina suaucolentia, vt fœniculi, ani-
si, fileris, cumini, petroselini, am-
mi, anethi, nigellæ, santonici, dau-
ci, cari. Aromata, vt cinnamomum,
piper, zeduaria, caryophylli, mace,
angelica, galanga, grana paradisi,

nux myristica, zinziber, cubebæ,
cardamomum, calamus aromati-
cus, cyperus. Cùm oleum ex her-
bis trahitur, magno vase æneo opus
est; vt maximam habeat aquæ co-
piam, præ aromatibus & semini-
bus. Aqua pluuia his miscetur;
nam non vertit oleorum naturam.
& quæ absque maceratione distil-
lantur, puriùs perennat: & ne bal-
nei quidem modestia ab hac iniu-
riâ abest. Aqua quæ vnâ effertur
cum oleis, vim eandem gerit, quam
balneo extillati liquores ex plantis.
Sed elicitur ne quinta essentia hac
arte? Non videtur, nam cuncta
corporea natura pendet à forma,
quæ ex certa quatuor elementorum
contemperatione constat. si enim,
ablatis quatuor qualitatibus, quid
superesset præter fæces, id singula-
re & æthereum foret: quod nus-
quam sentitur: nam vbique sapor,
odor, vel quid elementorum mi-
xtorum consecaneum. semina &
aromata recentiora, præstantissima
fundunt olea. Herbæ cùm flores
ferunt carpuntur: & post mensem
siccata distillantur. Quæ OLEA
ex lignis & gummis distillantur,
hærent tenaciùs suis rebus, ob vi-
scositatem. ex lignis, vt rosmarino,
sabina, iunipero, fraxino, guaiaco.
Quæ calida & sicca tenaciora sunt,
oleo proprio ad lentum ignem pri-
mò soluantur, vt mastix, cera, tere-
binthina. vt accipe terebinthinæ li-
bras duas: aquæ puræ libras octo:
distilla. aqua empyreuma arcet, in-
tus tutò hoc datur ad duas drach-
mas. sed thus, mastix beniouinum
aquæ sunt impatientissima; sed loco
aquæ accipiât terebinthinæ oleum

K 2

ad tres

Cuprea
vesicaSpa h
n x l
lenniHerba
oleum.

Semina

Aroma-
ta.

ad tres uncias, & retortâ, vt mox dicam, vbi de lignis, distillentur.

*Per atha-
nora.*

Quædam galbaneta, gummata, & smegma Hispanû, hoc modo; Ferrea olla igni fornacis exposita sit, huic insultat chytropus vitri sustentaculû: vitro autē indita sint gummi: lapideo operculo claudatur furnus, ita vt collum vitri emineat, fiat distillatio in ignis calore. Vbi

in aquis repetitur distillatio, id quod fit sæpius, eò feruentior euadet aqua: itaque calidis aquis id vtilius erit. & singulis vicibus vnus gradus accidatur ab igne calor, in repetitis distillationibus: nam agitatione hac ignea à vi, tenuata iam materia facilè surrigitur. Et aquæ distillatæ, balneo vel sole retorridam partem expirent. Si turbidæ reddantur, libræ liquoris guttulas duas accipiant aceti. Aqua ad can-

*Ad can-
crofa &
faciei ru-
borem.*

crofa vlcera, & faciei ruborem: accipe plantaginem, solatrum, agrestam albuminum ouorum duodecim; aluminis, semilibram; mixta sint inuicem, & extilla. Cùm aromata & semina distillantur, non fiat infusio, nec maceratio; ita oleû elegantius vigebit: satis est cribrata & aquæ remixta illa esse. Et tertia

*Encheiri-
sis.*

pars cucurbitæ vacet. Sit materiæ distillandæ moles duarû librarum: quibus misce aquæ libras octodecim. at, vt diximus, herbæ libera-liorem aquæ copiam petunt. Sex horis tantum macerentur. Aromatum ac seminû distillatio gaudet arenis, si ænea cucurbita induatur, subiecto fictili quæ induuntur. at herbæ puro igne extillantur.

*Aqua
olei et al-
terius di-
scrimon.*

Aqua quæ cum oleo elabatur ex aromatibus, & seminibus, est illa

ex pluuiiali quæ his copiosè affusa fuerat, verum non mera ac pura, sed vnâ remixta cum eo madore; quo hæc pro nutritu debuissent iam iam frui, qui iam contagione quadam oleum (in quo præcipua vis, quæ in seminibus & aromati-bus micat, habitat) redolet: at illa aqua quæ balneo ex herbis eliquatur, iam iam solari calore prolectata fuerat, nec dum assimulatione associata herba. Hinc est quod seminum & aromatum aquæ odorem & saporem referant olei vnde dimanare. Olea hæc tenuissi-

*Utendi
modus.*

nam substantiam gerunt, ita vt oleum caphuræ ad oculorum intuitum euanescat. Et parua mole ingentem vim spirant, libra enim rerum in drachmæ efficaciam se colligit interdum hac arte. Quare guttulæ tantum aliquot horum oleorum, ad vsum, includantur saccharo fuso ab aqua violata, vel rosata, vel cinnamomi &c. vt fiant tabulæ ex saccharo. Quod primum stillat oleum optimum est; itaque ter muta excipulum. Anisi oleum commodè distillatur dum stricto à frigore bruma riger fructus, quia circumfluunt oleo, non eam aquæ molem petunt; vt iuniperi bacca &c. nam quinq. vel sex libræ aquæ, baccarum libræ affusæ satisficient; sed exactè contusæ sint. primò surrigitur in his oleum. Ab aromati-bus distillandis absit vinum; nam antequam aromatum oleum sese surrigit, vinum exigitur: quare restibile aroma suo vehiculo defraudatur. At aqua non sine aromate effertur. Accipe cinnamomi, li-bram; aquæ melissæ, vel boraginis,

18

Anisi olei

Fructus

*Aromati-
tis distil-*

*Oleum eius
naraginis*

auç

aut endiuia, libras duas: infunde ac macera dies quinque, per arenam distilla. in vltima consecanea aqua cinnamomum iterum infundi poterit nouum. Ita caryophyllorum, piperis, angelicæ, galangæ, extorquentur olea. E lignis oleum non facile erumpit in sublime: & quod præcipitando effunditur, retortidam quandam nauseam spirat: itaque medio quodam filo excludatur: vt per incuruū vas oblongum, vesicæ amulum. Cacumen fornacis cloaculam parieti insculptam gerat, qua recuruum vas sese furno eximat. Hæc cucurbita ea vastitate fit, vt duodecim libratum in se liquorem condat: rostrum id recuruum sesquipedem promineat: sitque ex geminis partibus consociatum aptè: nam manui purgatrici patere debet cucurbitæ primum os; cui in acumen attenuata sensim, altera pars, vt commodè fiat distillatio, necitur. hæc cucurbita arene imponitur. hæc ligna debent limâ, vt guaiacū, atteri. Duas ligas libras cum tantundem aquæ vitæ committe; macera aliquot diebus, & distilla. quidam sartaginē etiam imponunt cucurbitæ, & igne imposito feruorem cucurbitæ addunt. Primò surgit aqua vitæ; dein oleū manat. Ter hæc aqua vitæ ad simile, in aliis lignis, officium reuocari poterit. Ablatâ aquâ excipulum subdes aquæ semiplenum, metu empyreumatis: vel natet in aquâ frigidâ excipulum. Ita lignum guaiaci, fraxini, & iuniperi tractadum. Ita & sicca gummi eliduntur, sed emaciatis oleo terebinthinæ, quæ, vt iam dixi, affusâ aquâ extillatur:

& in fine, represso iam liquore, plumbi vncia frustulatum concisa fæcibus adiicitur: nam ita quicquid restibilis superest liquoris eliquatur à fuso plumbo. Thus etiam non nisi consociato plumbo facile distillatur; sed aliquantulum erectiore id fiat cucurbitâ. Nec alio modo rectius elicitur oleum ex succino, gagate, sulphure, quam si in puluerem comminuta, oleo oliuarum rigentur. sed lauentur ac mudentur primū aquâ tepidâ. Benionium, ladanū, etiam aquâ, vt semina oleum fundunt.

VNGVENTA: *eygista, linimenta:*
Cerata liquidiora, Acopa.

Veteres in deliciis habuere vnguenta; videte Athenæi 15. lib. 14. & sequentia capita. Et Philostratus de vita Apollonij, 3. lib. 1. Ad Hypasidem, inquit, flumen India, arbores nascuntur ex quibus vnguentum distillat, quo in nuptiis Indi perunguntur, sine hac illitione imperfectæ illis nuptiæ, & Veneri nequaquam gratæ putantur. Idem, eodem libro, capite 5. nec Iarcham principem Brachmannorum, alienum ab vnguentis dicit. Qui antequam laueret, calidissimo vnguento, quo sudor manabat, sese vngebant.

Fiunt ex triente vel quadrante ceræ, oleo remixto. Cuius elegatem docuit rationem Galenus decimo Methodi, cap. nono: omnium, inquit, quæ humectant, & refrigerant, simplicissimum remedium fit, quo & aduersum erysipelata vtor, & phlegmonas in pudendis, his inchaauribus, antequam depascens putredo irrepserit. Accipio ceram

optimam & clotam, cum oleo rosato misceo, ac in vase duplici liquantur. Factoque liquido cerato (cuiusmodi fuerit quod triplum aut quadruplum ad ceram rosaceam habet) postquam refrixerit, misceo ei sensim in mortario tantum aqua, quantum in se dum cum ea mollietur, excipere possit. Expedi autem ceratum frigidissimum prius esse, & aquam quae ei remiscebitur. Abundè autem ceratum refrigerabis, si, cum modicè coiuisset, totum vas in aquam frigidissimam dimittas. Quod si aceti elari ac tenuis admiscere velis, magis humectans ac refrigerans medicamen fiet. hæc Galenus.

*Modus
compos.*

Æstivum cum flagrat cælum, plus ceræ erit adiiciendum; nam eo fine plerumque hæc inditur, ne diffluat oleum, sed in corpore ut restagnet. Ita si cera vetus, aut arida, aut aer frigidus fuerit, paulo plus olei erit adhibendum. Ita si pinguior cera fuerit, ac aer calidior, paulo minus olei adiiciemus. Id est (inquit Oribasius) & undecim & tredecim olei unciis, ceræ libram admiscebimus. olei uncia accipiat ceræ drachmas binas. Sed in cerato, drachmæ duæ olei, sumunt ceræ duræ unciam: emplastrum æquam utriusque partem.

Id cautione notandum, dum ad expugnandum æstivum membris admoventur unguenta, ne eo usque super agrum corpus maneat, dum manifestò incaleant; sed subinde mutari debet.

Hæc ex oleis variis fiunt, ac variæ adipēs admiscuntur: & gummi & muccagines, cum nempe frigescit unguentum. ut hoc, quo pro myracopo utebar in pestifera febre, quæ

*Experi-
entia.*

calamitosissimis symptomatis postquam presserat ægros, tandem in tam acerbos dolores crurium labebatur, ut & hinc metus mortis foret: hoc omnes recreabantur, Accipiebam olei amygdalini dulcis, & olei chamæmelini, singulorum unciam, unguenti de althæa cum gummi, semunciã: axungia humanæ, & gummi elemnij, cuiusque drachmas binas: croci scriptulum: & interdum spiritus vini parum: miscebantur ad formam linimenti.

Nonnunquam & pulveres induuntur, cum ad algorem redire cepit à coctione linimentum, ut olei uncia, duas drachmas pulverum, & ceræ sesquidrachmã ferè accipiat.

Miscuntur autem pulveres succorum densatorum, herbarum siccatarum, metallorum, ac resinarum. At lentiora gummi, ex vino vel aceto primùm in succum vertuntur, ac nimio madore exhausto, unguentis instillantur. Antiqui ferè nec ceram nec resinam unguentis indabant: quæ, si accepissent, myracopa dicebantur; quæ ut acopis erant liquidiora, ita & unguentis crassiora habebantur: Et suavi odore perfusa myracopa erant.

Acopon enim medicamen olim illud erat, quod fatigatos illitu recreabat. Traductum fuit id nomen tandem ad alia remedia similè formam sortita, nec ita lassitudini dicata. Humida acoporum erat consistentia, nempe media inter *συστασις*, & liquida cerata; tanto illis crassior, quanto his liquidior. nam inquit Oribasius 2. Synops. 57. Acopum erit cum oleum ceræ quadruplum iniicies: liquidum ceratum

erit

*Pulveres
ut induantur*

Myracopa

*Acopon
quid?*

*Diffin
Lid in
nigra
Cera
Emplastrum*

erit si duplum. Acopa alia calfacientia, alia emollientia.

Cerata. Cerata dicuntur quod magna ex parte cerâ consent, substantia media inter emplastrum, & unguentum. Sed tamen interdum mollius liquidiusque effinguntur, ut apud Galenum decimo Methodi, ceratum rosaceum, quod triplum, vel quadruplû ceræ accipit ad oleum. vncia sit olei, drachma, vel sesquidrachma sit specierû: ceræ semuncia: cum pauca resina.

Unguentum. Unguentum autem, id est *μύρον* vel *άλμυρα*, ex liquoribus, adipibus, & medullis cum oleo remixtis fit, dum spissati olei consistentiam acquirat. Quod si resinam aut ceram adieceris, quibus crassitiem ducat (*τοῖς ἀκόποις* ut simile euadat) *μυροκοπον* dicebatur.

Linimenta. LINIMENTA sunt molliora & liquida unguenta, quæ parum aut nihil ceræ accipiunt iisdem vsibus dicata. Cera cum varia sit, variis quoque affectibus accommodabitur. Nam cum emolliendum, & coquendum est, aut cum dolor leniri debet, mollior cera, pinguis, ac noua utilis erit; ut si pectori linimentum paratur. Verum cum indurandum & refrigerandum, candida cera recens commodior erit: nam aceto indurata fuit.

V S V S.

Unguenta quæ à medicis iâ prescribuntur, vel sunt ad doloris placandam vim, ut sambucinum, chamæmelinum, amygdalinum, anethinum: vel ut alterent; ut renum calorem unguento rosato: aut ad scyrthos emolliendos & discutiendos, maximè in hepate, liene, & in

ventriculi malis, ut alabastrite unguentum. Etenim chirurgicas formulas antidotaria enarrant.

Fiunt quandoque apud nobiles, nobilis odoris gratia, unguenta:

Ut mosci, ambari, zibeti, singulorum grana quattuor: ex oleo amygdalino dulci, in unguenti formam rediguntur.

Vel OLEI nucis myristicæ expressi, drachma; zibeti optimi, scriptulus; mosci electi, grana sex: olei spicæ, lauendulæ, vtriusque, duæ guttæ, vel tres: misceatur, fiat unguentum. Quo nares, frons, & nobiles partes, roborandi gratiâ illinuntur.

Interdum effinguntur ut discutiant & detergeant, emolliat & maturæt.

Ad omnes partes effinguntur; nam non effluunt ita ut olea.

MATERIA.

Fiunt ex oleo, axungia, butyro, seuo, styrace liquida, stacte: cum rebinthina, vel muccagine, vel medulla.

Cera miscetur oleis, ne oleo indita diffluant: pro ζ ij. olei, adde mus ζ β. ceræ: ut sit quadruplum olei. Si seuum adsit, minuenda est cera; ita non in axungiiis. In secretis est aulicis quibusdam ratio, qua axungia intacta à rancidine perennat. Hanc porco euulsam frigidâ & egelidâ lauant, & purgant à sanguine; albissimoque saccharo, duorum digitorum crassitie, aspersam reponunt.

Habeat igitur ζ j. olei; ceræ ζ ij. In cerato contra, pro olei ζ s. adde ζ ij. ceræ duræ. Linimentum habet adipem, butyrum, resinas liquidas, cum oleo & cera.

Unguentum præter ceram & pulueres

Oderata.

Z

Error.

Unguentum

Axungia.

Error.

Cerata ab in
fio ut di
fiam

Linimenta

pulveres habet: Quare eadem cera his debetur copia: & pro ℥j. pulverum, ℥j. olei.

Metallica qua quantitate imponenda sint, cum varia sint, acrimonia edocebit, & lenitas: ut aris flos ad ℥ij. chalcitis ad ℥j. arsenicum ad gr. j. sulphur ad ℥j. Argentum vivum ad ℥j. sublimati gr. vj. ad vnciam earum rerum quibus miscetur.

CAUTIONES.

Si ex oleis compositis unguenta parentur, illa olea non erunt lauanda nec succis herbarum; nec vino: Nam lotio, oleum omni aliena substantia spoliatur. Existimant quidam nulla unguenta vel cerata stomacho esse admouenda sine galanga: ut nec cordi sine mace, & croco: vel cerebro sine stœchade Arabum: aut iocinori absque spodio, fantalis, vel absinthio: nobilis partis officio ducti.

Dicimus id fieri debere, modo contrarietatis lex non violetur, in causarum morbificarum amotione. Nam varia sunt adstringentia, quibus roboris filum sustinetur, & quæ æque parti student, ac cum intemperie pugnant. Hæc fuit sententia Galeni 7. Methodi, capite 4. ubi scribit de se, quod si suos præceptores sine ratione aliqua sectatus fuisset, quod talia nunquam non adhibuisset.

In unguentorum præscriptis, laudamus, ut fiant potius cum herbarum succis, quam pulveribus; etenim peruadunt carnem facilius. res utilissimis exemplis ita patebit.

Accipe specierum trium fantalorum, rosarum, absinthij, agrimonie, cuiusque semunciam, fiat pul-

uis hunc coque ex aqua per sesquihoram. cum aqua tinctoria satis fuerit, coletur per linteum, forti expressione; tum coque ad mellis crassitiem; ac adde succi apij, cichorei sylvestris, lactucæ cuiusque drachmas tres; camphoræ drachmā: cum cera fiat unguentum: ungetur iecur.

Ita ad cor ex radicibus tormentillæ, zedoaria, rosæ & violis, cinnamomo, mace, caryophyllis, cortice citriorum, &c.

EMPLASTRA, ἔμπλαστον φάρμακον, ἄπὸ τῶν ἐμπλάττειν, id est à fingendo, formando.

Fiunt ob varios affectus. cum volumus ut diutius vis remedij hæreat, & ne euanescat; & ut corroboretur pars, vel coquatur materia morbifica. Fabricantur ex gummis, oleis, resinis, axungijs, & ex rebus siccis, ut metallis & cineribus, mixtis cum ceræ parte, ut in viscosum durumque corpus abeat. Galeno maximè emplastri formam perficere videtur lithargyros.

In horum compositione monendi sunt pharmacopola, ut macerando dissoluatur gummi cum vino, succis, vel decoctis herbarum (quæ iterum excoquantur) aceto, aqua vitæ & oleo, & ut dein aromata misceantur citra ignem; ut quæ ad ventriculum & viscera parantur: nam alioqui vis eorum vanescet ac deperibit.

Succi qui indurere, indendi cum sunt, (ut acacia, aloë) si recentes fuerint, cum liquore convenienti macerati & liquati fuerint, excoqui debent.

Metallica & terræ in pulverem commi-

Error
Medico.
1877.

Lucas p. i. r. i. Observa-
ni. s. h. i. g. r. i. o.
r. s. n. g. r. i. n. l. i. s.
a. d. j.

Exemplis

Materia

Observa-
tio 172
1877.

In succis

In fossis
bus.

comminuta, postremò iniicienda: nisi tamen vires effrenes illorum domare cōsiliū sit, longā coctiōne. Ita & resinā, pix, & terebinthina, à cera remiscuntur.

Resina.

Modus.

Lithargyros cum oleo copioso (nam ebibit) primò coquitur ad iustam emplastrī cōsistentiam (modò siccandi cōsiliū sit sine morfu) succis, decoctis, aut muccaginibus iam consumptis, adipēs immittentur: hinc resinā siccā, cera, gummi, (ne vim emplastīcā coctiōne amittant) terebinthina; tandem pulueres, radices, folia, ligna, caules, flores, semina. cūm frigent, crocus, moscus, ambra, soluta liquore.

Lithargyros auri, argentei venustatem superat.

Cerusa prolixius cocta, alborem exuit.

Coctum satis esse elucet ex cōsistentiā, cūm in aquā refrixerit; ac mixtione, si rumpi contumax fuerit. Quare ex coctiōne magis pendere videtur forma emplastrorum, quā ex certa copia rerum remixtarum.

Cera emplastris inditur, qua fortiantur vim emplastīcā; hinc cūm accēperit emplastrum tali vi medicamina dotata, parcius adiicienda erit; vt dum ladani copiam habuerit. Quidam ad manipulum puluerum, liquoris (vt olei) inferunt sesquiunciam: Sed ne aberres, regula sit, veterum descriptio.

Cūm dolor acerbus, aut inflammatio bellum præbent, liquefeat ex oleo in vnguentum, ne perspiratione fraudetur pars: nam, vt inquit Oribasius, emplastica, media sunt inter repellentia, & abstergentia.

Glutinosa esse debent ne dissoluant: vt tetrapharmacum, quod fit ex oleo, cera, pice, & resina. cauendum ne nimium coquantur, nam glutinositas ita vritur, dissoluitur, & inutile emplastrum reddit. Ego in cancrōsis ita, accipio plumbi drachmas tres: mercurij crudi, sesquidrachmam: fundo simul foco, & in puluerem verto (nam argentum viuum in calcem vrit cuncta metalla) addo vnguenti de tutia, drachmas sex: ceræ drachmas duas: terebinthinæ drachmam.

In cancrōsis.

Linthea detrita quoque hodie vtrique intrigunt liquatis emplastris; ad molliendum, purgandum, vel cicatrice muniendum. vocant *dreyldoecxkens*.

Vt Accipe olei dulcis, axungia porci, lithargyri, singulorum sesquiunciam: ceræ odoratæ rec. picis pul. ambarum sex drachmas; coque lentè: in fine adde resinæ pul. vnciam: cerusæ tres drachmas. euacuat, glutinat, coquit, purgat, & cicatricē inducit, mollit, excoriatiōni à longo morborum decubitu medetur, maximè si crudi plumbi ac puluerisati misceatur decens copia. Cūm enim diu plumbum tunditur in mortario crudum, affusis guttulis aquæ plātiginis, in tenuissimum puluerem vertitur.

Vel oleo (ex quo emplastrū coquitur) primū incoquatur limā (attritum plumbum. Id enim putredinem mira ratione sistit, aded vt si arma ferrea hoc illinantur, difficilimè aruginē ducant: nam, vt aiunt Chimici, Saturni est omnia metalla purgare, vt Mercurij calcinare.

Qui dextrè velit emplastrum in

I.

vsum

plumbum
arret pul
di nrm.

In dolore
& phleg-
mone.

usum vocare, ex quibus rebus compositum sit, & quâ mistionis copiâ exploratum habere debet.

Sunt quædam emplastra polychresta, quæ variâ facultate insignita sunt: quæ vires si singulæ haberentur, meliores essent, iis potius adhibitis quæ propriè id quod eo tempore opus est, consequuntur.

Color.

Niger color emplastris ferè fit ex pice & resina; at ex bitumine nigerrimus: ex ærugine, aut æris squama, viridis: ex minio, ruber: ex cerusa, albus.

Emplastrorû variam materiam, variis affectibus dicatam, prodidit olim Antyllus antiquus medicus, ex quo elegancia quædam rettulit Ægineta libro 7. cap. 17. Et Oribasius Synopses initio lib. 3. Aëtius tetrabibli 4. sermone 2. cap. 44. & sermone 3. cap. 12.

Metallica, oleo, aceto, succo, vel aquâ primò sine igne imbibantur; & crassescant in mortario continenter mota. Pinguia fusa misce pistillo calido, & spatula. Aridorum vncia accipiat olei vncias tres: & ceræ libram: resinæ bessem.

CATAPLASMATA,
Maligmata veterum.

Ambigere horum forma videtur inter vnguentû & emplastrum: nam ex panis, ac stuppis, iniiciuntur membris laborantibus.

Materia.

Fiunt ex radicibus, herbis, seminibus, fructibus (maximè carieis) succis, surculis, farinis, oleis, axungis, resinis, medullis.

Farina, & oleum, mucegines, & adipēs, vltimò indenda veniunt; cum reliqua iâ cocta, ac cribro fuerint secreta, nã tunc repetita coctio-

ne, ad mellis cōsistentiam ducitur.

Cataplasmatum quædam sunt cocta, quædam cruda. Cruda accipiunt herbas contusas, quas oleo excipiant, vt & succos adiectâ farinâ, vel puluere ex certa indicatione præscripto.

Coquuntur autè ex lacte, aqua, vel hydromelite, aut vino.

Fiunt ad dolorû mitigationem, vel ad duritiæ emollitionem, & tumorum resolutionem; vt in auram humor euaporet. Interdû vt maturatio & coctio iuuetur; nonnquam vt è sublimi attrahant, & ad peripheriâ educât humores, & flatus disiciant. hæc, calida moderatè esse debent, & tenui vi prædita sint.

Vt variæ res curâdo peragenda; ita & variæ res medicæ iunguntur: sæpè emollientia cum discutientibus, & discutientia cum sedantibus dolorem committuntur, vt in œdemate. magis ad blandè calfaciendum, quàm refrigerandum comparatum remedium.

Vbi maturationi studemus, crassior consistentia sit emplastrum; vbi digerendû, mollior. Hinc est quòd quantitas materierum hanc formam subeuntium, certò definiri nequeat. Ferè tamen addatur ad libram herbarum, vel rerum cribro traiectarum, farinarû & seminum puluerisatorum vel radicum semilibra: medullæ, vel olei tres vnciæ.

Vt Accipe maluæ, violariæ, ambarum manipulos tres: radicum althææ, & liliorum, cuiusq. vncias tres: ficuum pinguium, numero quinque: coque ex aqua, ac cribro traiciantur; dein adijce florû chamæmeli, puluerisatorum, seminis anisi

Usus.

Fabrica.

Mollia.

anisi cuiusque vnciam : farinae lini, vel fœnigræci, tres vncias : adipis anserini, olei violacei, vel chamæmelini, singulorum vncias binas: coquatur in malagma. Emollit dura ac simul soluit. Euporiston ad omnes dolores: Accipe surfures, sapa, & parū salis (addo flores chamæmel.) fiat exigua ebullitio: præclare, omnes dolores sedat.

Ad Contusa.

Rad. consolidæ maioris, & minoris ana ℥ iij. chamæmel. melilot. ana ℥ j. croci ℥ j. farinae fabarum ℥ ij. farinae fœnigræci ℥ viij. coque ex aqua: & primò radices; adde absinthij & cymini ana ℥ ss. præclarum est istud ad cõtusa. Emplastra varia describit Oribasius 9. Colletaneorum 24. & Aëtius 1, 3. 175. & Myrepsus 20.

CAVTIO.

Non purgato corpore cacochymo, suspectus est horum vsus; nam in partem rapiunt inquinamenta totius corporis.

Cataplasmata supra totas partes inflammatas applicari possunt ex rebus quas indicabit affectus, pars ægra, & materia morbifica. Sed ea cautio adsit, vt si integra cutis non sit, primùm tenue lintcolū vnguento rosato vel populeo, vel de tutia illitū imponatur. hinc cataplasma.

Quæ tenuandi vi insignia sunt, non iniicienda erūt, vbi restagnans materia morbifica crassior duriorque fuerit: nam attenuatis partibus rarioribus, crassior materia in scyrrhum concresecet: sed vnà emollientia erunt inferenda.

PVLTES. Πόλτοι.

Pultes à cataplasmatibus non

differunt, nisi quòd puls ex farina (aut re quæ in molliissimã formam traduci potest) ex oleo, lacte, aquâ, melle, vel butyro, aut axungia decocta sit. At cataplasma, herbas, radices, flores, fructus, semina, & succos accipit.

Fiunt ad coctionem tumorum, ad siccandū, constringendum, abstergendum, discutiendū, & ad dolorem leniendum. Qualis est illa, à nobis felici experimento explorata, in dolore & tumore rubro oculorum: Accipe micam panis albi, maceretur aliquot horis, in aqua rosarum, & lacte recenti muliebri. mox in pultem vertatur, ac addatur medulla pomi tosti acidioris, *Guldelinge* nos vocamus id pomum, quasi dicas auratum pomum: ac adde parum croci, quò flauedinem ducat. fiat puls: quæ sindone duplici, vel tenui linteo excepta, tepidè oculo dolenti imponatur. Cautio sit tamen in huius adhibitione, ne cornea oculi tunica pustulã habeat.

Ita in aliis maturandis tumoribus, fit puls ex micã panis, quæ iniicitur lacti, vel decocto chamæmelorum. hinc in pultem vertitur, adiecto vitello oui, oleo rosato, vel chamæmelino, aut simplici oleo; croci quid remiscetur, ac tumori imponitur: dolorem sedat, & coctionem promouet. Interdum accipimus, & muccilaginis, seminis althææ, fœnigræci, lini, libram: & lento igne dum coquuntur, inspergitur hordei farina, & tandem oui vitelli, crocus & butyrū, vel adeps aut oleum (ne contumacius parti insideat) adiiciuntur.

Variis facultatibus pultes imbuuntur,

*Ad dolores.**vsus.**Ad ophthalmiã.**Modus vsendi.**Ad tumores.*

buuntur, vt varia fuerit pars laborans, & affectus. nam & ad vermes ita præscribitur:

Ad vermes.

Accipimus absinthium, contundimus ex aceto; & expressioni addimus fel bubulum: & farinam lupinorum: vmbilici regionibus inferimus. Ineunte inflammatione ex aqua in pulstem coquitur parietaria, solatrum, acetosa, atriplex, lactuca, cucurbita, malua, semperuiuum, poma acida, punicum, ligustrum, plantago, violaria, bellis, rosa, farina hordei, cassia.

In augmēto miscemus chamæmelum, melilotum, anethum, sambucum, scrophulariam, nicosianam, lapathium, radices althææ, ficus, liliorum radicem, semen lini, fœnugræci, furfures.

SACCULI *vel marsupia.*

Fiunt vt locis dolentibus admoventur: vel sicci, vel aliquo liquore madentes.

Materia.

Sicci, ex herbis, & seminibus integris in sartagine frictis, vel in puluerem redactis: floribus, fructibus, corticibus, & pulueribus qui partibus ægris conueniunt: vt in corde, ex cortice citri, ligno aloës: vt flatus dissipentur, quemadmodum fecit Hippocrates, libro De morbis acutis secundo, in initio; ex sale, milio retorrido, eruo, panico, auena, arena. Humidi, primò exprimi debent, & ita admoueri: & dantur ad robur partium nobilium.

vsus.

Ad catarrhum.

Præscribuntur & vt humor à centro in peripheriam euocetur, & vt siccet; & ad catarrhos inhibendū. Qualis hic est D. Fernelij: ℞. milij lib. s. salis vulgaris ℥ iij. baccharum lauri modicè cōtularum ℥ ij. s.

anisi, fœniculi, cari, cumini, florum chamæmeli, comarum anethi, ana ℥ j. sartagine torrefiant, integra hæc nec tusa, & protinus recondantur in sacculum: calidus, inquit, capiti, ventri, aut cuius parti inducatur, & subinde mutetur. Hic sacculus loco fatus erit aridi & sicci.

Ita in ventriculi imbecillitate fiunt ex rosis quamplurimis, cyperi radice, semine anisi, galanga, schœnantho, absinthio, mentha, mastice, caryophyllis. vino generoso immersus, ac expressus, ventris regioni iniicitur.

In ventriculo.

Varium materierū pondus erit, vt partis fuerit amplitudo cui adhibebitur. Sæpe pulueres expanso bombaci insperguntur solatij causa, vt molliùs corpori insideant; ac intersuuntur decussatim, ne sese temerè in molem vnam conglobent.

Modus fabrica.

Sacculi vel sicci adhibentur, vel vino, aut infuso, vel aquâ irrorantur: interdum solus humor in candentem patinam effunditur, ac eo suffiuntur: modò in patina calida tantum versantur.

Ex sindone tenui fabricari debēt.

CAVTIO.

Si dolor ad fotum nō concesserit, diu fouere non oportet: vt demonstrauit Hippocrates secūdo de Morbis acutis, in laterū doloribus: nam, inquit, id pulmones siccat, & suppuratum facit. Quare si per biduum non profecerit, supersedendum: quia dum tenue resoluitur, reliquum magis cogitur. Accedit & id quòd causa antecedens irritatur, nulla causæ coniunctæ amotione: hoc est, ob materiæ nouæ affluxum ab orgasmo attractæ; vel exclusione,

qua

qua vna pars sese in aliã exonerat.

Variis formis effinguntur sacculi, vt fuerint variæ partium ideæ quibus adhibentur; vt qui capiti, pileoli characterem referunt; qui ventriculo, scuti; qui lieni, linguæ bubulæ; qui hepatis, lunæ crescentis; vt & cordi qui admouentur, eius formam ferant.

S C V T A,

Scuti forma effingitur sacculus, cum ventriculi vis languet, quo vis coëctrix recreetur.

Materiæ siccæ copia, fit in ventriculi malis vncia, vel sescuncia; vnde fabricabitur scutum intexto bombace.

Hæc scuta stomacho admouentur loco vnguentorum, & epithematum: sæpe ad robur ventriculi, cum emplastrorū tædia aspernantur ægri.

Vt: Accipe rosarū rubrarum pugillum: mastice, corallorum rubrorum, cuiusq. semunciam: seminum anisorum, & foeniculi, cuiusque drachmam; gariophyllorum, nucis myristicæ, cuiusque sesquidrachmam: absinthij, menthæ, singulorum manipulum: fiat puluis, & inde sacculus interpunctus.

P I L E O L V S vel cucupha, & semicucupha, seu cucullus. Tiara.

Fit ad dolores capitis, & vt catarrihi sese sistant.

Copia materiæ quæ venit ad hanc fabricam est duarū vnciarum.

Capiti qui admouentur sacculi, vel sunt lati, vt qui anteriori parti capitis adhibentur, dicitur frontale; & ad refrigerandū & repellendū vsus eius inicitur, vt Accipe coriandri

drachmas duas; seminis lactucæ, papaueris, amborum drachmam: florum nymphææ, rosarum, violarum (& ad robur capitis bethonicæ, serpilli) singulorum drachmas duas. redigantur in puluerem, vt fiat sacculus latus quinque digitos, longus pedem.

Vel sunt sacculi applicandi capiti formâ pilei, iunctis duabus partibus, hinc cucupha dicitur; hæc forma prompta ad calfaciendum, ni irroretur aceto, vel aqua copiosè.

Capiti plerumq. præscribitur cucupha in morbis frigidis & humidis, ad calfaciendū, exhauriendum materiam morbificam, vtque recreentur spiritus animales. Fabricantur ex rebus suauiter fragrantibus, vt herbis, radicibus, floribus: gummis, vt benjouinum; & seminibus, vt myrti: & aromatibus, vt rad. galangæ, cyperi, calamo aromatico, nuce myristica, caryophyllis, mace; floribus rorismarini, stœchados, saluæ, meliloti, chamæmel. sambuci, maioranæ &c. cephalicis.

C A V T I O.

Sint tenuium partiū hæc medicamina, vt vis craniū traiciat. Quare rosis, & myrtillis, & granis tinctorum, iam euacuata exhaustaque materia morbifica vtetur; vt pars in pristinum robur reuocetur.

Præterea cautio sit; ne nimio feruore remedia hæc aestuent; nec potenter stringant. Quæ enim rapido æstu incandescunt, liquant cerebro conceptâ materiam, ac varios catarrhos excitant: at quæ validè stringunt, comprimendo è cerebro æquè materiam exprimunt, ac fecunda in catarrhos cum sint, vnâ

viam transpirationi intercludunt, ac dolorem acuunt, repressâ materiâ.

*Sacculus
siccus.*

Ut Accipe furfurum, pugillum; milij, vnciam; salis, drachmas binas; rosarum rubrarum, florum torismarini, stœchados, singulorum manipulum: bethonicæ, saluiæ, maioranæ, caryophyllorum, cuiusque duas drachmas: Ex horû puluere fiat cucupha; vsus tempore, suffitu perfundatur ex gummi iuniperino, ac thure. Capiti & cordi fiant ex sindone.

SUFFITVS, VEL EVAPORATIO, *Thymiamata, Suffimenta, Suffitio, Suffimen, κύφι.*

Materia.

Suffitus quidam sunt sicci, alij humidi: Sicci, ex rebus fiunt quæ vapidum nidorem eructant, qualia quæ pingua: vt ladanum, myrrha, mastix, pix, sandaracha, terebinthina, resina, styrax, thus, castoreû. His remiscuntur pulueres, & pastillosum in formam rediguntur, ex terebinthina.

Pulueres copia sescunciæ, gummi vnciarum duarû præscribuntur.

Exemplû.

Ut: Accipe gummi iuniperini, masticis, rosarum, cuiusque drachmam: caryophyllorum, styracis, amborum drachmas tres: terebinthinæ, quod sufficit: fiant pastilli. His, prunis iniectis, fiat suffitus tegumentorum capitis.

Nicosiana

Mira vi suffitu admissa prædita est Nicosiana, quam Herbam sanctam vel Petum, aut Reginae vocant; nuper huic orbi illata.

Etenim hæc mira vbertate ore ac naribus pituitam euocat. Arida folia carbonibus igne candescenti-

bus iniiciuntur, ac fumus excipitur ore hianti, & infundibuli angustâ fistulâ; totum enim cerebrum peruadit: & in aures eadem arte infertur, & quoque vtero. Verùm id affirmare possum, hanc herbam peculiari ratione cerebro dicatam esse, facileque eò viam affectare, ac id ab omni inquinamento eluere. Cùm ego ipse ante annum vehementer ex dente laborarem, hanc decoxi ex aquâ, adiectis chamæmeli floribus; tepidi huius decocti cochlear ore tenebam, expuebam, ac idem agebam, horis duabus: dolor mitescebat: postridie cùm ex more meo hortulum in suburbiis accessissem, inclinatoq. capite quid graminis euellerem, liquor croci flauedinem referens copiosè è naribus meis effluxit, Nicosianæ odorem referens: ac omnis dentium dolor euauit. Mihi toto vitæ curriculo nec sanguis, nec quid præter serosam pituitam, è naribus fluxit vnquam; at nihil ego vidi hoc effluxo liquore flauedine altiore tinctum.

Præscribuntur vt spiritus recreentur, & cor: ita Razes in febribus ardentibus æstate flagrante, parietes cubiculi obuelat linteis acetomadentibus. Et vt pituita capite, & pectore concepta sese soluat; & ad siccandum, roborandum. Etenim Nicosiana cum vngula caballi, iride, thure, vel sulphure suffita, expectoratum promouet. Vt hoc etiam hic extra lineam dicam, sirupum ex eius succo, vel etiam diluto confici iubemus, qui tabidos quosdam restituit.

Spiritus vitales excitantur vapore

pore ligni aloës, nuce myristicâ, caryophyllis, calamo, styrace, ladano, benjouino, ambra, mosco. Ex vino vel aqua rosata vel lauendulæ fiunt trochisci. Hæc sunt loco Thymiamatum à veteribus celebratorum dicta, quasi *δύμη ἰαμα*, id est animi medicamen.

Cautio in suffitu.

Sæpe ad vteri mala præscribitur suffitus ex auctoritate Hippocr. 5. Aphorismorum 28. Suffitus aromaticum (inquit) muliebria educit. Dico quod tamen non sine cautione his vti debemus; tenerrima enim acetabula siccitate facillè arefcunt: hinc infœcundæ fiunt. Præterea his vtemur vbi neque inflammati, vel peruersi vteri, neque senilis ætatis, neque grauiditatis, lactationis, aut anteaacti morbi excusatio adferri potest. Hæc si absint, cum omnis obstructio fiat copia, materiæ crassitie, & facultatis infirmitate, hæc, naturæ vim excitant: quia grata, & materiam attenuant.

HUMIDI SUFFITVS fiunt

Humidi. Ex liquore, coctione vaporem expirante: vt cocto aceto, vino, aqua vitæ, vel rosarum: decoctis ex aqua rebus, vt cyperi radice. Interdum & pyrites lapis ardens his iniicitur, vt fiat exhalatio, vt dum tumor quis durus & contumax incidendus, discutiendus, aut siccandus venit.

Vt Accipe laterem ignitum, extinguatur acri aceto, ac parū aquæ vitæ instilla, pars vaporem accipiat.

Infundimus & acetum pestis tempore lateri exardescenti, & per

ædes hunc fumantem circumferimus.

Scriptit antiquus medicus Antyllus, ex Hippocratis sententiâ, mulier cum suffimentorum vsum inire velit ad vteri vitia, in sella sese componat, qua parturientes vtuntur, ac tota pannis accuratè valletur.

Mulieres vt dextrè hoc vtantur.

Poculum ligneum in ollam conuicimus, quod in medio sit perforatum: & poculum labris ollæ agglutinamus, aut luto figulorum, aut pastâ; in foramen calamum recta perforatum ponimus, vt nulla sit trãspiratio, & fistulam plumbeam alteri extremitati aptamus calami, cuius læue sit labrum.

Muliere in sede cõpositâ, ignem leniter sellæ subiicimus, & in sellam calamū imponimus: esto verò calami tanta longitudo vt plumbea fistula calamo aptata sellam excedat. fistula hæc matricis ori admo- uenda: atque ita ignem ollæ subdimus, quo nidor vterū feriat. plumbum, ne vellicetur vterus, circumdatur. Cum hæc ritè peracta fuerint, inquit Hippocrates, calamo adhuc pudendo insidente, olla ab igni auferatur: nam si calamus subducatur, cum vapor ascendens adhuc feruet, sinus muliebris exuritur.

CAVENDVM ne in sanguinis sputo his vtamur; etenim acrimonia suffimentorum sese aperient venulæ; nec in siccis thoracis morbis. asthmaticis verè conferunt à copiâ crassæ materiæ. Totum corpus rectè ante horū vsum sit purgatum.

Cautio.

Vt Accipe styracis, sandarachæ, terebinthinæ, mastiches, æquales partes.

Ad pulmones.

partes. Hoc, fidem vsu repperit, quod anhelosas, & suppuratas, & pleuriticis affectiones sanet, vt & tussim, maximè si folia nicotianæ remixta sint. Aëtius capite vltimo plurima descripsit.

Historia.

Hippocrates olim maximam sibi gloriam conciliauit hoc medicina: etenim absumptis myasmatibus fœdati aëris, quæ ex Ægypto acceperat, Athenas peste liberauit: iniectis corollis, herbis lignisque odoratis, ac vnguentis, focus ardentibus: Ab Acrone Agrigentino (qui Empedoclis auctoritate, vt inquit Laërtius, commendatus fuerat) hanc artem accepisse videtur.

Ad pestē.

S V F F I M E N ad pestilentem aërem: Ladani, styracis calamitæ, singulæ drachmæ: caryophyllorum sesquidrachma: caphuræ, nardi, nucis moscatæ singulorum grana septem: fiat puluis, qui excipiat aqua rosata in qua maduit tragacanthum & gummi Arabicum; fiant orbiculi. Sed summa cautione cauendum, ne ingrauidatis mulieribus suffitus subdantur, hi enim cōceptum semen corrumpunt: nam inter *φθόρα* medicamenta (quæ propriè illa sunt, quæ abigunt ex vtero fœtum, & eius focum semen, qualia etiam *ἐμβόλια*, ab *ἐμβάλλειν* ab eiiciendo) sunt suffitus & pelli. Caueant itaque Medici, ne horum vsu, & cum non admodum est quod semen tenellulis vtero amplexibus hæere cœpit, auellatur, ab irritato inde vteri genio. Sacrosanctum enim haberi debet conceptum semen: nam in semine est fatalis portio corporis effingendi & procreandi. Nam se-

Cautio summa in ingrauidatis.

men fit actu animal, perficiendo: non autem corruptione. Et animal factum ex semine, est ens quod erat: sed non quo modo erat: quia seminis essentia est esse quod est, vt aliud sit, nempe animal. Conscelerant itaque se immani barbarie, qui illud præcipitant ex illo naturæ horto, vtero. Sed cur Hippocrates libro de Natura pueri psaltriæ abortiferū saltum præscribit? Id fecit ille, quò semē in vitam non conformaretur. nam veteres existimabant se fœtum tantum ne feret impedire. Aristoteles 7 Politicorum, priusquam sensum & animam induat, interstingui concedit. Sed Tertullianus in Apologetico dicit, festinationem esse homicidij prohiberi non nasci.

P O M A odorata.

Varia copia aromata miscentur quæ ad pomorum compositionem veniunt. Vt enim variæ hominum facies sunt, ita ferè nihil commune habet cum alio, cuiusque suauissimi odoris iudicium; his, mosco fragrantius est cinnamomum: illis vtrisque, caryophyllus: adeo vt nulli sit de odoris dulcedine: iudicium idem. Quare ex cuiusque peculiaris iudicio, emicet in pomis gratissimi aromatis fragror.

Fiunt poma ex rebus odoriferis in puluerem versis, copia duarum vnciarum, quæ amplissima videtur: vncia ferè suffecerit, interdum & semuncia: vt tenuiter validiorè vi odorem fundi voluerimus.

Hæc ladano puro, eâ copiâ, quæ cuncta accipiat, remiscetur pilo calido, sensim affusâ aquâ rosarum, vel

Odor hominibus varius.

Materia & modus.

vel terebinthinæ momento, vt tenaciùs cuncta combinentur. Interdum & ex aqua rosarum madescit gummi tragacanthum & gummi Arabicum, vt in massam cuncta conuoluat: Ambari, vel mosci semiscriptulus additur, vel zybettæ: sed his recètari sæpe præstat superficiẽ pomi, vel momento olei cinnamomi, caryophyllorũ, aut nucis myristicæ.

Exemplũ.

Vt: Accipe pulueris violacei, sesquidrachmã; rosarum, maioranæ, styracis calamitæ, ladani, singulas drachmas; caryophyllorum drachmas duas; benzoini, nucis myristicæ, amborum scriptulũ; ambari semiscript. fiat massa ex aqua rosarũ, in qua maduit tragacanthũ & Arabicum gummi, & momento olei caryophyllorum hæc imbuantur.

Præstaret poma hæc fabricari sine gummi ne indurescant, & sine foramine, vt sæpe verti materia possit, nec ita superficies squalorem aut callum ducet odorum viribus inuium. sed potius ladani vncia soluatur in aqua Damascena, vel aqua rosata, & lauendulæ; mox pulueres misce odoratos. Quidam croci sex grana addunt, & minimam guttulam olei de spica, sed ex cinnamomo vel caryophyllis præstantius erit. Foramina mosco & zybeta impleantur.

PVLVERES odorati. Cypria
aues, vel tædæ. Sapo.

Odorus puluis violarum, vestibus gratum odorem comparans. Violarum, rosarũ, singulæ semunciat: maioranæ sicca, vncia; radicis iridis Florentiæ libra: calami aromatici, drachmæ sex: caryophyllo-

rum, drachmæ tres: mosci scriptulus: misceantur.

Puluis ad inspersionem ex herbis siccis, præscribitur à ʒj. ad ʒj. ita in suffumigiis vt gratæ fuerint, vel ingratae herbæ. In internis affectibus dantur à ʒβ. ad ʒʒ. flores in pulueres redacti à ʒj. ad ʒij.

Fiunt etiam ex pulueribus Dentifricia, Græcis ὀδοντοσίμματα, vt ex vsto corallo, cornu cerui, ouorum putaminibus vstis, ossibus sepia non vstis, alumine vsto, pumice, iride, cũ cinnamomo vel caryophyllis, odoris causã, vel grano musci.

Tedæ vel Cypriæ auiculæ, fiunt ex odoris pulueribus, cũ triplo carbone saligno: quæ, ladano vel terebinthina excepta, in quamcumque trahuntur formam; & accesa suauem odorem spirant: quin & cera addita tedæ fiunt ex odoriferis pulueribus. vt, Accipe styracis calamitæ, & carbonũ salicis, singulas duas vncias: benjouini, vnciã; caryophyllorum semunciam: excipiantur cera, vel ladano, vel terebinthina, & fermentur vel tedæ vel auiculæ.

Sapo albus odoratus fit ex veruecis adipe, calce & sale. accipe semilibram; adde iridis sicca vnciã, nucis myristicæ, caryophyllorum, singulas drachmas binas: méthæ, maioranæ, singulas drachmas: cũ aqua lauendulæ simul combinentur.

Aqua odorata.

Aquæ, manuum, faciei, totius corporis, & linteorum lotionibus, quò amœnum spirent odorem, vtilis sunt.

Aqua lauendulæ.

Accipe florũ lauendulæ libras ij. aquæ rosatæ, & vini albi, cuiusque

M

libram

Cypria.

Sapo.

Aqua odorifera.

libram j. aquæ vitæ vncias ij. misce; fiat distillatio ex balneo.

Quidam citra distillationem macerant flores lauendulæ in aqua communi, addito pauco oleo de spica & mosco. insolant, vel balneo macerant.

Aqua caryophyllorum.

Accipe caryophyllorum vnciam: aquæ rosatæ libram; macerentur ac balneo eliquentur.

Aqua composita.

Accipe menthæ nobilis, maioranæ, saluiæ, rorismariui, lauendulæ, cyperi, ana m. j. radicum ireos, vnciam: caryophyllorum, cinnamomi, nucis moschatæ, cuiusque drachmas ij. limonum duo; macerentur cuncta in aqua rosata spacio horarum vigintiquatuor, destillentur balneo, hinc adde mosci semiscriptulum.

LIXIUIA.

FIUNT ex tribus libris aquæ, & vna cinerum; vt tamen acriores fuerint, eò minus cinerum adiiciendum. Intus dantur ad ℥ iij. vt ex vstis lomentis fabarum, ad hydropem.

Ita Leuiatan Rabbi, & cinerum genistæ virginæ, stipularum fabarum, sarmentorum vitis albas vuas proferentis, ana m. j. vrantur in cineres: per quos ter colabis vini albi (quale Rhenanum) libras iij: fiat lixiuium; cui adde nucis myristicæ, n. j. & ad nucis myristicæ pondus adde cinnamomum: baccharū lauri, n. vj. cymini ℥ ij. seminis anisi, fœniculi ana m. β. crassè contusa sint cuncta: dulcorentur sacchari ℥ iij. ter die exhibeatur. Continuetur eius vsus duabus vel

tribus septimanis. Incipientem hydropem abigit; nam omne serum sanguinis exhaurit.

Eodem modo ex fraxini cacuminibus lixiuium cōpositum hydro-^{Cephalica.} pem tollit. Fiunt & ad capitis lotiones, vt morbificos succos in auras soluant, somnum concilient, vertiginem adimant. ex herbis capiti dicatis, vt chamæmelis, bethonica, saluia: hinc rosæ addantur, agaricum, & cortices citriorum; vel sacco exceptæ in lixiuio coquantur cephalicæ res. Sed raro ^{est} ~~est~~ lauandum: lotum ilico siccandum.

DROPACES, πηλωτά picationes.

Dropaces sunt inter ea remedia, quæ ^{πηλωτά} πηλωτά, q. ignita dicuntur: quæ omnia eò adhibentur, vt reuocent parti vitam; vel euincant vitia contumaciora. Inter ea quæ languentem vitam parti restituunt, ac calidum natium recreant, blandissimū est dropax. Dropax plerumque emplastri forma effingitur; est que duplex, simplex, & compositus. Simplex dicitur ^{πηλωτός} πηλωτός, hoc est picatio: cum pix liquatur cum exiguo oleo, & cuti ex pelle iniicitur: si pilosus locus fuerit, primò abrasione glaber sit. Sæpe priusquam refrigerat detrahitur, ac iterū reuocatur, dum pars incalescat, ac rubor in ea efflorescat. Est hic præparatio quædam corporis ad phœnigium, & sinapismum: & post sinapismum etiam, vt reliquiæ morbi euellantur. Vtimur & galbano & sagapeno loco picis; in duris corporibus.

Dropax compositus, adiicit piper, pyrethrum, sulphur. Qui antiquorum more compositum dropacem velit optimum, hunc videat apud

Ad Hydropem.

Vij

Duplex

Valer
de
m
sup

apud Aëtium Tetra. prim. serm. 3. capite cētesimo octuagesimo. Æginetam libro octauo capite 19. qui Dropacem Gallum describunt. At Dropacis vis, tertium caloris ordinem superare non debet: quia eius finis est rubrificatio.

Exemplū.

Vt & olei nardini, picis aridæ singulas vncias: igne feruescant in ebullitionem; ab igne remotis, ad iice pulueris zinziberis, pyrethri, seminis nasturtij, singulas drachmas. remixtis cunctis, super corium extendantur. Ita & piper ad iicitur, & semen rorismarini, sulphur, cinis sarmentorum, euphorbium. Si validè materia sit trahenda, vt in spasmō, fofus primò fiat ex oleo costi. vsum remedia hæc habeant, vt si calfaciendum tantum sit, ad iiciatur piper, pyrethrū, rorismarini semen, bitumen. Si siccatione opus sit, sal, sulphur viuum, cinis sarmentorum: si aperire, euphorbium.

vsus.

Accipe picis aridæ, vncias tres: sulphuris viui, fescunciam: olei rosacei, quantum sufficit; extendatur in pelle ouilla. Si acrem velis, adde pulueres stimulantiores.

Accipit Dropax picem, cui addit quartam vel quintam partem olei: quibus subduplum puluerum miscetur. Vitiis antiquatis confert.

Utilitas.

Humores attrahit & euocat ad peripheriam à centro, & discutit, artuum frigidis doloribus confert, coxendici, & podagræ, & resolutis omnibus partibus. vomitibus, cruditatibus, diuturnis & cœliacis affectionibus, ac epilepsiæ, & cephalæ, vertigini, insanie, asthmatis, orthopnoeæ, tussi veteri, pectori ad-

hibitibus: auxiliatur & catarrhis diuturnis: prodest atrophie tabescentibus partibus: nam firmat partes quæ & frigore, & fluxionibus elanguescunt: vnde hæc remedia, veteres μετασυγκριπὰ dixere: quæ ex-

μετα-
συγκρι-
πινα
qua.
Modus
utendi.

succas partes reuocant, & quasirecorporant. Variè vtuntur Dropacibus: cum enim succum alibilem parti inferre volunt; attenuata cute balneo, apponunt dum rubescat ac tenuiter tumescat locus; ilicoque eo remoto, oleo illinunt chamæmelino (ne alimentum allapsum exhauriatur, vnaque calor inductus expiret) in quo gummi, & tragacanthum soluantur, vt poros claudant. Sæpius imponantur: nam frigescent.

Ψίλωθεγ, hoc est, depilatoria medicamina interdum Dropaces appellantur, vt Martialis 10.

Leuis Dropace tu cottidiano,
Hirsutis ego cruribus genisq̄.

Quo citius pars in ruborem euocatur, eò facilius cedit morbus. Itaque vt cōtumax aut lenius malum fuerit, ita bis tēve cottidie, vel semel triduo admouendus Dropax: & æstate quoque rariùs.

Fricetur primò pars asperius si cōtumax languor fuerit; vel tepidâ foueatur: vel affricetur sapone qui piper habet. Cùm contumaciùs hæret parti Dropax, tepidâ foueatur; hinc furfurum decocto & mollientibus excipiatur pars.

CAVTIO.

Admoueat, dum in tumorem se attollit caro rubedine aspersa: etenim nimis ille Dropacis vsus damnatur, cum qui tumor prius emicabat, perpetuo vsu medica-

mēti subsidet, ac à rubore albescit.

Nam volumus, vt pars, quæ confecta macie intabuit, humorem alimentalem proleat, circumfluat spiritibus, & quasi reducta anima reuiuiscat: non vt exhauriatur attracta materies. optimè ad emaciationem facit pix, cum pauca terebinthina, & momento olei.

Fæces animalium ad ℥ ij imponi possunt: ouis verò ad ℥ vj. capræ ad ℥ iiij. vt bubulum ad libram.

SINAPISMI, & PHOENIGMI,
*hoc est, rubrificationes, vel cutis
cruentationes.*

Sinapismus, est cataplasma ex sinapi, vt definiuit Archigenes; vt humor à centro in superficiem trahatur.

A Dropace eius ineundus vsus est: etenim finis Dropacis, est rubedo: at Sinapismi, vesiculæ: fit ex rebus quarto ordine calidis. Ita in coxendicum dolore, primò vtimur Dropace, hinc Sinapismo: à totius nempe purgatione.

Dropax totū amplectitur membrum: at Sinapismus aurei ferè magnitudinem non excedit: cum spaciosius excurrit, phœnigmus rectius diceretur: etenim is, & exulcerat, & vesicas mouet.

Fabrica. Sinapismus simplicissimus, fit ex trito & admoto sinapi: Interdum fici aquâ tepidâ macerantur, postridie expressæ manibus, tunduntur: hinc Sinapi contusum exactè ac priuatim, iniicitur. Cum torrido æstu flagrantem velint, vni parti ficium, binas sinapis addunt: si tenuiorem vim exigant, contrà: sin moderatam, æquas remiscunt

partes. Ficus aquâ tepidâ pridie macerantur, & exprimuntur.

Corpora molliora, sensûve acriore si fuerint, vel cum non longè à peripheria recessit malum, panem loco ficium admiscunt: vel ex aceto sinapi, antequam teratur, maceratur: etenim aceti vi frangitur indomita sinapis potentia. Fricatur primò locus, vt laxatis spiraculis, celerius vim medicaminis accipiat.

Sæpe leuandum cataplasma, ac explorandum, num suum officium fecerit: maximè hebetata vis si fuerit partis. Quod vt celerius peragat, spongiis aqua madentibus, foueatur pars, incumbente adhuc cataplasmate. Hinc eluatur, ac vnguento rosato, vel oleo rosato: aut aqua, oleoque rosato lanæ hapsi imbuto, foueatur: vel malua cum pane cocta. Vnguento cerusæ eluitur quoque sinapios vis: & vlcus, cerusa curatur. Vnguentum rosatum cum succo maluæ, vel fœnigræci, his lintea intincta, ac imposita, omnem dolorem abigunt. A Scilla vredinem, propriè oleum eluit, inquit Oribasius; addit Aëtius rosatum.

Fiunt ex Sinapi, euphorbio recenti, cantharidibus, flammula Iouis, batrachio, stercore putrefacto columbarum, caprarum, aceto mistis; nasturtio. vidi in hydrope, intumescens cruribus plantaginem aquaticam feliciter humorem in vesicas euocasse, quæ maximam vim aquarum profundebant. Est enim hæc plantago calida; vt plurimæ herbæ riuis innatæ, quæ cacumina sua efferunt ultra alueum: quod

*Modus
vtendi.*

Materia

*Plantago
aquatica*

quod vsu animaduersum à me fuit. Radice enulæ, lepidio, scilla trita, allio, vrtica, tithymalis. Lac ficulneum, assæ carnes, & oua feruida.

Exemplum.

℞. fermenti drachmas duas: cantharidum drachmam: seminis sinapios scriptulos duos; misce: parti à frictione rubenti & calenti imponatur. Interdum cantharidum scriptulum tantum miscemus; & loco fermenti caricis excipimus interdum: & quoque capparibus. Nonnunquam melle, veterè axungia, saponè inferuntur; vt corpora fuerint valida aut mollia.

Observatio.

Tenuioribus vtemur, cum ilico quod alget corpus, calfaciendum est. Crassioribus, vbi calor sensim elanguit; nam stabiliorem calorem imprimunt, nec ita fugacem: vt zinziber crassum est, piper & sinapi leuia.

Anacardis mel.

Anacardia, septem diebus aceto macerata, ad trientis exhaustionem coquuntur; cum refrixerit, quod supernatat oleosum excipitur conchâ: id mel vocant Anacardinum.

Alij ad dimidias excoquunt, per linteum traiciunt, quod adiecto melle in crassitiè igne fatiscit. crassamentum siccatum, saponi remiscet. Alij sepeliunt anacardos cum melle, vt vim prolectet.

Aliud.

Accipe sinapi, piperis, euphorbij, (& si placet cantharidum aliquid) cuiusque drachmam: excipiantur melle præscripto; vel saponè; vel fermento cum aceto.

Aliud.

Cantharidum pars vna: (serosos humores euocant) axungiaë quatuor partes; hæc simul teruntur: septimo die lenissimo igne liquantur, exprimuntur, reponuntur ad phæ-

nigmum. Cantharides leuissime tritæ, à frictione rubenti parti impositæ, vehemèter vesicas mouent: & cum sinapi remiscetur quoque interdum.

Caprini stercoris pilulæ, cum aceto impositæ, efficaciores sunt quam sinapi, maximè in coxendicum doloribus.

In membrorum perfriktionibus ceratum de Euphorbio Galenò vsitatum est; ex oleo tenui & calido, recenti euphorbio, & cera. Sapo cum sale.

Lepidij insignem nobilemque vim vide apud Aëtium Tetrab. i. ser. 3. ca. ceter. octuagesimoquarto.

VESICAS aperimus, vlcus eructat vitium contumacissimum: folium brassicæ aquâ vel vino maceratum superponimus: id enim cum succosum sit, nitroque naturæ vi aspersum, siccari non sinit vlcus, ac promouet effluuiû morbificæ materiæ. Noui qui in omnibus vlceribus iam remediis fotis, illud imponant; & bonis ægrorû rebus. Nam vetus Roma, inquit Plinius, annis sexcentis hac medicina vsa est: & Chrysippus volumen illi dicauit, per singula membra hominis digestum, & Dieuches. Mihi certè eius vis vsu constat.

Modus tractandi.

Brassicæ vis.

Præscribuntur hæc remedia, coxariis, podagricis, hemicranicis, visceribus, lieni & sexcentis vitiis frigidis, contumaci diuturnitate fatigantibus, ac quasi deploratis. Nam & lethargicis cōfert, in principio cruribus admotus; cum autem materia omnino influxit, capiti: comitialibus, insaniæ, vertigini, siue capiti, siue cruribus apponatur. Et

Quibus.

orthopnoeas curat maximè ex scilla; & diuturnas tusses, thoraci admotus: penis & vesicæ resolutiones, inquit Oribasius, hoc remedio recreantur. prolaxis stomachi & intestinorum malis, inappetentiæ, paralyti, perfrictionibus medetur. Ad eò ut quæ neque emollitione, attenuatione, attractione, domari ac exhauriri potuerit, hoc remedio diffluant: quare & in morsibus & puncturis venenatorum animantium, & carbunculis conferunt.

CAVTIO.

Desiste cum locus iam multum intumuit, & quasi rubore inflammatus fuerit, & æger vehementer dolet, cumque cicatricosa caro liuescere incipit; & cum à fotu leniter pustulis asperatur. Non enim eò progrediendum, ut pars euicta stupescat. ubi parti sentienti acrius admouentur, mitius sit sinapi: & eius usus sit mensura, ut caro fiat paulo rubicundior. Sæpe inspiciatur pars. Si ab vredine dolet exulcerata pars, hapso ex aqua rosata in qua malua cocta est, obducatur. & sedato dolore, obline rosato cum cerusa.

Acutis morbis non admouendum, nec exulceratis partibus extimis, imò nec pulmonum regioni, cum hi vlcus habent, quòd his effferentur vlcera. Nec partibus cartilaginosis, carneq. spoliatis, quòd vredine nigrescant.

In segnioribus affectionibus, ubi carnea moles, vtile remedium. In calidis & siccis affectionibus, his ego non vtor, inquit Aëtius.

Mirum est hoc æuo præstantis huius remedij silentium, quod minime ære comparetur, non profu-

turum nisi pluris venierit; quòd ferrea hæc sacula, auro tantum mitescant; vel quòd sæuitiæ malorum lenioribus blandiri placeat, differentibus magis occidionem, quam prohibentibus; ut voluptati subscribamus.

CAVTERIA: Escariotica, Fontanella, Ruptoria.

Ea quæ vrūt, alia id leniter agendo vesiculas efferunt à cute; dicuntur resiccatoria: alia vehementius vrendo crustas inferunt, dicuntur *εγερωτικὰ*: alia non solum cutim soluunt, sed etiam carnem penetrant, appellantur *καυστικὰ*: de quibus iam agimus.

Fiunt ex medicamentis quæ potestate vrunt, vel actu. etenim *καυτῆρες* appellauit Hippocrates ferum candens, cuius vsu sistebatur hæmorrhagia vndecumq. promanaret, ac defluxiones intercipiabantur, & ossa cariota malignaq. vlcera vrebantur. Erat autem, ut scribit Galenus, æreus calamulus perforatus in fundo, per quem paruū ferum demissum, adurebat.

Æmulam vim candenti ferro, quædam medicamina induerunt.

Quare cauterisatio, nihil aliud erit, quam combustio imperfecta, ignis vi, rectè, & conuenienter facta: ut membrum excitetur, corroboretur, & euacuetur.

Quæ fit ferro ab igne flagrante, quamuis crudelis sit, attamen tutissima est. Est enim ignis forma simplicissima, omnis alienæ qualitatis expers: nil nisi calorem, ac empyreuma relinquens. Etenim agit ignis ob summam quæ habet agendi vim:

Antiqui

Quid

Ignis forma.

di vim : at medicamina non ea solùm potentia agunt ; sed & ea vi, qua viuis partibus, tota sui substantia, bellum indixere. Quare cùm medicamina sint composita, non solùm penetrabili vi adurunt, verùm & plurima inferunt ac impiunt corporibus, quæ corrumpunt calidum natiuum : hinc fœdæ gangrænarû, ac sphacelorû calamitates.

Quare si cauterium inueniri possit, quod penetrabili vi, ocysimè suam vehementiam exerat, nec calidum natiuum (in quo resedit naturæ genius) expugnet, nec perniciofa symptomata inferat : sed ilicò carnem subnasci patiatur, id profectò nullis laudibus satis decorari poterit. Tale autem vnicum mihi vsu compertum est, ac labore meo, mihi emptum : quo rempublicam fraudari nolo.

Historia. Dum Ultraiecti medicinam faciebam, euenit, quendam steatomate Venereo in capite premi, erat is huius morbi curationi præfectus, ac celebris arte : is me vt suæ curationi admoto chirurgus, astarem, orauit. Vidi capiti cauterium ad moueri triente horæ, eo nempe loco vbi tumor, quarto vel quinto die cùm excidisset cicatrix, nudum cranium in conspectum dabat, quod quasi murium acerrimo dente vndique arrosam à lue Venerea, conspiciebamus, hisque abrasis quasiq. abesis, & ad æqualitatem læuigatis, nobis ferè nolentibus caro se inferbat noua. eandemque historiam, in totum caput (quod mirum) seriatiim exercuimus, ac reliquis ritè peractis, euasit.

Fit hoc cauterium ex saponis lixi-

uio, nempe eo, quod coquitur in smegma nigrum. Id sartagine exceptum, vritur in lapidem, qui tesserarum maiorem in formam scinditur cùm refrixerit, ac vitro rectè obturato reponitur. sed in inspissationis copia, magna pars huius artis versatur : non enim tam diu excoqui debet, vt liquor cunctus arscat ac torreatur : nam ita & vis caustica quæ spiritibus implicita est exhaurietur. Itaque antequam ad extrema ariditatis venerit, subducatur igni, dum superest spissior liquor, qui fingi cauteria possent, nec in puluerem diffluere. Vfus tempore, tessera eximitur, ruditer contunditur, aëri exponitur, liquefcit vltro : id cùm fieri inceperit, tunc vsus eius ineundus, ac corpori imponendus hic lapis.

Primò muniatur (inieceto emplastro) ad palmæ spacium pars cui imponetur cauterium, & foramen medij aurei referens amplitudinem, in medio emplastro sit : huic foramini indatur cauterium. & aliud emplastrum superiniiciatur (tactu enim aëris cauterium eliquescit) ne diffluat. Si non potenter ex tua sententia agit, superius emplastrum malè cohærens, quid aëris trahat ; nam id liquidius cauterium ac potentius reddit, cumq. dimidia hora, vel eius triente hæserit, amoue cauterium, attamen non purè ; & ilicò illine vnguento rosato vberimè ; & emplastrum rosatum superadde, madēs ex albumine oui quasato, oleo & aqua rosarû. Si ab aliis cauteriis non cedat crusta, sed in peius si degenerat malum, accipies olei vitrioli, olei hyperici, olei nigellæ, æquas

la, aquas partes; & plumâ inunges crustâ: & molle cataplasma ex sambuci & lapatij foliis superaddes.

Cùm strictiorem vim inferre cauterio vellet, horis aliquot calcem viuam indebat, mox excoquebat, at id raro. Lixinium illud optimum cui ouum iniectum innatat, nec subsidet.

Utilitas.

Sexcentorum remediorum causticorum vtilitatē illud vincit; medicisquē sufficere abundē, & securitate, & vi agendi, qua cuncta alia excellit, poterit. Mihi certē priusquam extorserim, multis laboribus constitit; ægrequē cōcedebat, quōd hinc maximum lucrū apud Hispanos captaret: qui quamq. tesseram lubentissimē coronato aureo redimebāt: ad bubones & pestiferos, & Venereos illis expetitū remedium. Quidam ex aqua coquunt cinereorum vasorum primam superficiem abscissam: indunt quid calcis & cineris: hac aqua sanguinem fundentes venas stringunt. Ego sæpe hoc effeci puluere ex colcothar; ita appellant fæces restibiles à vitrioli distillatione. ad meum redeo:

Scio polydædalam varietatem huius remedij proditam ab auctoribus: qualia plurima Holerius libro tertio Chirurgiæ, cap. quinto, De pyroticis: nec me latet & hoc remedium à quibusdam enumerari, sed non ea simplicitate, ac vsu: memini & me antè inter cætera apud auctores id legisse, sed nobilitas inter cætera nec illis comperta, nec mihi explorata erat. Olim multo auro id vendere nolui, quod iam gratis Reipublicæ offero. Quale autem id munus sit (quamuis simpli-

cissimum) videbit is, qui aliorum sæpè vsu depositis, huius sanctissimi remedij vim comperiet. Etenim non vt cætera, febres, inflammationes, dolores intolerabiles, syncoapas, aut gangrænas inuehit.

Potentialium cauteriorum vsus est, vt ex partibus, quibus applicantur, humorum fiat euacuatio, deriuatio, reuulsio aut attractio.

Quare vtilia in venenatis ictibus, bubonibus & carbunculis pestiferis, nisi dolore fatiget inflammatio. Vstio enim foras venena euocat, ac domat. Profunt & in contumacibus & pituitosis tumoribus. Malo enim nodo malus cuneus quærendus est; raroque crudele malum, nisi crudeli malo depelli potest. Capiti etiam inuruntur, cùm veterascit malum à materiæ vitio; vt illa perenni exhaustione euocetur, cùm ab idiopathia caput laborat: maximè cùm dolor internus oculos feriat, & metus adsit cæcitatē, aut suffusionis. suturæ coronali affigantur. Eam futuram ostendit cuiusque propria manus: si enim carpi fossula ad nasi apicem ponatur, tum medius digitus extensus, futuram feriet coronalem.

CAUTIONES in omni vstione.

Primò, religiosè perpèdendum, an sit cauterio vtendum. Secundò, Quo tēpore. Tertiò, Modus comburendi aptus ineundus.

Quare cautè indagandum num ad ignem veniendum sit; etenim & substantiam absument, & continuas partes abscindit. In vltimo, extremaque vi prædito remedio itaque nullus temeritati locus sit: nam vel

vt vitam

vt vitam parti restituat, vel euincat vitia, quæ auxiliis aliis non expugnantur, adhiberi solet.

TEMPORE eo vsus cauterii in-
eundus, cū metus imminet ne ma-
teriæ copia obruta pars putrescat.

Cū primum periculum feci-
mus curæ, medicamentis clemen-
tioribus: vt cū rubificatibus non
cedit, nec tota materia morbifica
exauriri potest: & vesicas mouen-
tia (quarum hyperæxia in tenui sub-
stantia resedit) eò peruadere cum
integris viribus non possunt, tunc
ad austeram & asperam hanc cura-
tionem deueniendum erit, maximè
à vacuato toto corpore. Vtile hoc
remedium, vbi periculum est ne os
putrescat.

Modus.

MODVS autem comburendi, à
modo morbi sumetur: nam si igne
ficcare velimus partem, rotulis pla-
nis vtemur. Sin leniter tangenda
superficies, vtemur spherico instru-
mento; etenim puncto id tantum
attingit. Si profunda pars vrenda
igne, habeat formam gladij. Si pau-
ca vstione opus sit, æneum sit in-
strumentum: si copiosè, ferreum.
Auicenna laudat aurū, quia in raro
corpore, non æquè potens ignis se
suamque vim explicat.

Cautio sit de Scrophulis, neruis,
chordis: nam plurimi Scrophulas
vrentes, vssere arterias iugulares, ac
mortē intulerūt. atq; cætera cir-
cūstantiæ, semper ob oculos sint.

Ego ob vim compertam nostri
cauterij, lubenter ab igne abstineo:
à vasis tamen maioribus caue.

FONTANELLÆ quoque in-
iuruntur, vsu omnino à cauteriis
alieno: Cauterium enim semper

loco ægrotanti admouetur vt sic-
cet & roboret; fontanellæ verò
locum humectant. Cauteria velo-
cus sanetur, inducuntur; & parti la-
boranti Infiguntur, & seruantur
dum in vitio perseuerat pars: dein-
de clauduntur: nam ab his pars ro-
bustior redditur, & cutis densior.
At Fontanellæ diu gestantur, vnde
& illis nomē, quòd tanquam ex per-
enni fonte, mali scaturigo exhau-
riatur, & toto vitæ curriculo inter-
dum seruantur. Hæ non parti affli-
ctæ inuruntur, sed remotioribus, ad
reuulsionem vel deriuationem ma-
teriæ morbificæ. Ita in podagra, &
cephalalgia brachijs, ratione præ-
seruationis: in chiragra cruribus: ita
& in cephalalgia. Quare fiunt fon-
tanellæ, vt labefactetur pars. qua-
re fontanellæ non sunt Cauteria
antiquorum, nostrum illud Caute-
rium semihoræ spacio altissimam
fontanellam imprimit. Vfus itaque
eius sit, cū materia congestione,
vel influxu membro concepta, nec
repulsione, deriuatione, nec vacua-
tione, mollitione, nec maturatione,
nec digestionem, nec rubificantibus
eximi potest. Silentio inuoluere no-
lo quod quibusdam Chirurgis in
alto silentio est, maximè his qui ce-
lebres sunt à Fontanellarū inustio-
nibus. Ita accipe. Cū inuruntur
nostro cauterio Fontanellæ, eo vsq;
peruadere earum vis cutem debet,
dum subiecti muscoli membranu-
la exedatur. vt in his quibus in vitio
sunt pedes à perpetua acrioris ma-
teriæ incurfione, vnde tædij plena
ibi vlcera: hæc ne amplius fiant,
fontanella cruri impressa, ea regio-
ne qua toram caligas stringit, sed
N paulo

Fontanella
quod est vt in
dicitur

Observa-
tio pul-
chra.

N3.

paulo depressiore, eam labentem materiam expuit. Sed, ut dixi, illa pellicula musculi traicienda: ne acrior materia, solitâ quâ ferebatur viâ, inter carnem & musculum elaboratur in pedes. Quare ea cautio adsit, ne hæc consociatio, iuncta à carne, redintegretur; nam frustra Fontanellæ tædium gereret homo, sine commodo. Scio tamen à copia materiæ acrioris nonnunquam recrudescere pedum, aliarumq. partium vitia, quòd tantæ moli fontanella exhaustiendæ par esse nequeat. hîc aliis primùm auxilijs abstergenda vbertas materiæ. A decidua crusta hydrargyro aspergitur vlcus: id arceat consociationem, & euocat materiam. Pisum Fontanellæ cotidie nouum inditur purgato loco, superque detur emplastrum.

GARGARISMA.

Remedium dictum à gargarione, corpusculo carnosio & spongioso, figura mali pinei, pendens ad perpendiculum ab extremo palato, quo palati duo foramina, à naso ad laryngis ingressum peruia dirimuntur. Ad hoc vocis plectrum, remedij huius locus est. fit in forma liquida, ut lotionem eluat, vel potentiam suam oris partibus imprimat. Etenim, ut inquit Celsus, vel leuandi causa, aut reprimendi, aut euocandi causa fiunt; ut cum sinapi & pipere vtimur.

Vtile remedium ut intercipiatur ruentis humoris influxus, ne phlegmone incandescat, & ut concepta ore faucibusque vlcera eluantur, ac curentur, utq. doloris vis placetur.

Lene gargarisma. ℞. origani, ser-

AD PRAXIN
pilli, ana m. β. caricarum pinguium, ℥ij. aquæ q. s. fiat coctio: ℞. huius decocti lib. ℥. oxymelitis simplicis ℥ij. misce. Si valentius velis, misce aromata, sinapi &c. vel aquæ loco, accipe liquorẽ saluix, calaminthæ, cum oxymelite scillitico.

Fiunt ex decoctis, & aquis extillatis. Coquantur radices, folia, flores, fructus, semina concepto morbo dicata, ex aqua pura, vel vino remixta vario, ut affectus varietas suadet: vel ex decocto pectori dicato, alijsue rebus adiectis, ut interdum repulsioni, digestioni, mitigationi, strictioni, detersioni, refrigerationi studemus: & quoque ex hydromelite.

AQUIS interdum vi ignis eliquatis vtimur; modò syrupos iungimus: interdum muccagine, lacte, & sero. Nonnunquam mel inditur rosatum, oxymel, diamorum, dianucû, syrupus de rosis siccis, syrup. nymphæ, & papaueris, oxysaccharum, syrupus acetosus. Cætera ex indicationibus enata, polydædala varietate miscentur; balauustia, alumen, myrrha, cassia, thus, piper, zinziber, cinnamomum, hiera picra, rosæ siccata. Interdum & quæ ex cerebro eliciunt, ut pyrethrû, carthamus, turbit, sinapi: cum syrupo stœchados vel calaminthæ.

Pondere vberiore præscribi debent, quòd perpetua lotionem copiosè absumentur. Librarum duarum pondus liquoris accipiant; syruporum vncias quatuor, pulueres parcè imponendi nempe ad semunciam: quamuis copiosius alumen: muccagines ex semuncia eliciantur seminum.

Repellens.

Repellens, & astringens:

Plantaginis, lactucæ vel polygони, & acetosæ, cuiusque manipulos duos: rosarum rub. pugillū: & hordei semimanipulum: fiat coctio ad libras duas. colaturæ adde syrupi myrtillorum vel cotoneorum sesquunciam: dianuci vnciam: fiat gargarisma. Ita ex posca, & vino granatorum acidorum, cerasorum acidorum, succo cotoneorum, mororum, pyrorum astringentium. ex cornis, vuis immaturis, summitatibus rubi, myrti, vitis capreolis, pilosella (quæ in vino decocta otis vlcera & inflammationes citissimè curat) ligustro, berberi, seminibus frigidis minoribus cum pauco aceto asperso, & ex foliis salicis & ex foliis prunorū Damascenorum, vtile fit gargarisma, inquit Aëtius, lib. i. in inflammationibus. Hordei decoctum, cum melle rosato, sæpè commodè adhibetur: quia refrigerat & leniter deterget: etenim exsudat semper aliquid ex partibus inflammatis, quod leuiter abstergi debet. At promotio morbo, herbæ detergentes & digerentes vtilis, vt hyssopum, origanum, satureia, &c. cum ficibus, glycyrrhiza.

Ad dolor. Dolorem mitigans, & digerens, auricularū ludæ, chamæmeli, meliloti, anethi, singulorum semimanipulum: rosarum rubrarum, pugillum: passularum mundatarum, vnciam: ficus sex. Coque ex vino & aqua, ad libras duas, adde mucaginis seminis lini, & fœnigræci, cuiusque vncias tres: fiat gargarisma.

Detergens.

Aquæ ligustri, plantaginis, liuistici, vel absinthij, cuiusque vncias

quatuor: mellis rosati colati, syrupi rosarum siccarum, & de absinthio, singulorum vnciam. Lacti bubulo incoquitur lens palustris, vsu mihi compertū vtile medicamen in gulæ rubentibus tumoribus.

CAVTIO.

Caueant medici ne caprifolio ineunte inflammatione vtantur: quàm enim ardēs eius vis sit, experientur, si foliū ore frangere velint.

ERRHINA, Nasalia.

Naribus inseruntur, vt excrementis cerebrum antè purgetur: interdum & naribus consecrantur vt in ozenis, & polypis. Quædam euocant pituitosa, alia bilem vtramque, tergentia sunt & acria; nam ita & expultricem irritant, & commodissimè attrahunt. Errhina vel sicca sunt, vel dura & emplastri idè: vel liquida.

Sicca, vt ex pyrethro, acoro, veratro albo, pipere albo, castoreo; myristica nuce, croco, caryophyllo, zinzibere. optimum Errhinum fit ex foliis siccatis Nicosianæ maioris, naribus folij parte indita.

Humida, ex succo betæ, iridis radicis, anagallidis, cucumeris syluestris, brassicæ, nigellæ, cyclamini, sambuci, sabinæ, maioranæ, hyssopi, melissæ; oleo ex pipere. Ex horum succis, vel decoctis, vel cum vino licebit etiã vti oxymelite scillitico, syrupo de hyssopo, rosato, anthosato melle. Aut pulueres his miscentur piperis, euphorbij, pyrethri, marrubij, nigellæ, castorei, myrrhæ, ellebori, cyclaminis.

Vt: Accipe succi maioranæ, betæ, brassicæ, singulorū vnciam: bul-

N 2 liant

Exemplum
repellen-
tia.

Pilosella
vii.

Digeren-
tia.

Ad dolor.

Sicciorum
vii. scrio.

Humid.

Exemplum.

*Purgan-
tia.*

liant cum vini albi duabus vnciis: oxymelitis scillitici semunciam: fiat errhinum. Si humoribus peculiari- bus dicare velis, adde agaricum, se- nam, carthamum, dactyidium. In- terdum & decoctis, vel succis indi- tur drachma puluerum, aut sesqui- scriptulus; vt vehemens aut laxum est quod infertur remedium. Tepi- dè, manè, ad $\zeta\beta$ attrahuntur.

*Electarij
formã.*

Fiunt & ad electarij spissitudi- nem; cum succi efficaciores, vel pulueres melle excipiuntur; maxi- mè cum dactyidion, colocynthis, agaricum additur, aut veratrum: digito illinuntur, nec respiracioni impedimento sunt. Vt accipe succi cucumeris agrestis, vel mercurialis, vel cyclamini, vncias duas: vini exiguum; mellis, quod satis est; si- lenis coctio ad spissitudinem.

*Empla-
stri idèã.*

Emplastri quæ gerunt formam, vulgo nasalia vocantur: fiunt ex pul- ueribus succo herbarum exceptis, ac terebinthina & cera temperatis, vt formam commodam ducant, ad insertionem. vt maioranæ, saluæ, nigellæ, piperis albi, caryophyl. ga- langæ, cuiusq. scriptulû: pyrethri, euphorbij, amborum semidrach- mam: ellebori albi scriptulum: fiat puluis, cum terebinthina & cera, q. s. fiant nasalia, pyramidis forma. Nunquam nasum impleant totum, ne prohibeatur respiratio, & hali- tus attractio.

Cautio.

℞. sinapi gr. v. pyrethri, piperis albi, ana \mathcal{D} s. ladani, ceræ, ana ζj . s. misce; fiat streptum, id est, tenta, vel panno lineo excipiantur pulueres.

Vtuntur his in contumacijs ce- rebri morbis, & longis, epilepsia, metu apoplexiæ, conuulsione, odo-

ratus læsione. Trallianus & in sur- ditate vtitur, à totius nempe pur- gatione.

Liquida, è vola manus attrahun- tur ad semunciã, ore repleto aqua. Sicca, ex fistula naribus inflantur. Solida, filo nexa induntur.

*Modus
vrendi.*

CAVTIO.

Cum valentioribus vtimur, sit os aquæ plenum. Si dolore nares ab- harum vsu tententur, lacte mulie- bri, vel oleo violaceo, vnguento ue- rosato leniatur.

Qui ex oculis laborant, his no- xius est horum vsus, & qui narium vlcerationibus obnoxij sunt, & quibus imminet suffusionis, aut cæcitatiss: vel quibus à Venerea lue- dolet caput: nam his nasus in peri- culû trahetur: nec sit veneno con- taminata materia quæ in nares de- riuatur; ne naso vlcera fæda im- mittantur.

Prono capite hauriatur. In ca- tarrhis abstinendum à liquantibus, sed solum siccantibus vtendum: nam & irritatur expultrix his, vt à bile in dysenteria.

Quænam bilem aliòsue pituito- sos humores euocant è capite, scri- bam, otia dante summo DEO, de Doloribus capitis. Quãtitas vncias quatuor non superet.

STERNVTATORIA,

PTARMICA.

DEVS optimus max. sternuen- di vim hominibus indidit, vt, cum vberimo excremento circumfluat, quæ irritant excutiat caput.

Fiunt ex acris mordacibus re- bus, quæ expultricem vim cerebri proritant, quæ excutit quod mole- stum

Quandò

stum est. Hippocratis sententiam de sternutatione collegit Aëtius tetrab. 3. serm. 2. cap. penultimo, ubi & insigne sternutatoriu Heracleæ Tarentini recenset.

Modus. Pennâ quædam inflantur: hinc nares comprimendæ sunt, intueantur solem, aut mansuetum ignem: supinis imponatur; deinde ambulent, ac sursum spectent.

Materia. Inuitant sternutamentum cuminum, piper, strution, castoriû, zinziber, veratrum, euphorbium odore, cyclaminis succus, puluis nicotianæ inflatus, staphysagria, ptarmica efficax est, barchij radix naribus indita. Arida fibra ellebori albi maceretur aqua vitæ, naribus intrudatur: nam puluis tantum apoplecticis & lethargicis utilis: strution, inquit Scribonius, quod est, radix lanariæ. Pennâ naribus cribrata immittuntur: sint nares primò frictione irritatæ & concalfactæ. hinc Cassius antiquus medicus scripsit problemate trigesimo sexto, ad solis iubar obuersa facie succedere sternutatione sternuentibus, quia sol nares calfacit: & dicit postea, oculo perfricato sternutare cessamus, eò raptò calore narium. hinc, inquit, & dormientes nò sternutant, intrò euocato calore.

Utilitas. Conferunt valdè capiti vaporibus repleto; crassos mucus exhauriunt ex primis cerebri ventriculis, & crassorum expectoratione promouent. Lethargicis, ad fœtum & secundas eiiciendû, ad vertiginem, ut auribus cõcepta eiiciantur, in longis cerebri malis, in caro, cataphora, singultu à repletionem conferunt.

Exemplum. ꝛ. pyrethri, piperis, vel euphorbij

aut zinziberis, cuiusq. semidrachmam: ellebori albi scriptulum: tritarnibus inspirentur, ante cibum.

Vel ꝛ. maioranæ nigellæ, caryophyl, zinziberis, euphorbij, cuiusq. scriptulum: acori, pyrethri, cyclaminis singulorû semiscriptulum.

CAVTIO.

Quæ in sternutameta vehementia sunt, non sunt naribus inflanda, sed pyxidi æneæ inclusa, motâ pyxide naribus admouenda. Sternutamenta in succis crudis, capite, thorace vel pulmone conceptis non conueniunt: partes enim illas vehementer quatunt & turbant, quæ moderatè calferi & quiescere, ut coquantur succi flagitant: alioqui magis implentur, nec conceptos succos cõcoquant. Verùm ubi iam cocti fuerint, conferunt: videmus enim grauedines acui incoctas à sternutamentis, at declinante morbo dissolui. Cùm ad partum promouendum vel secundas eiicendas præscribuntur, prius sumantur remedia abigendo fœtui dicata per os; quæ cùm exciderint, vel etiam post infessus ptarmica adhibeantur: ita & in his quæ auribus inciderunt, si febris adest, vsus ineatur cùm illa deferbuit, & à totius cura.

Quia indomita potètia his remediis est, præstat simplicioribus uti.

Sternumentû, inquit Celsus, in pulmonis morbo est periculosum.

APOPHLEGMATISMI, Masticatoria, Saliuam ducentia.

Sunt medicamenta quæ manducata, vel palato illita, pituitam à capite in os eliciunt. Sunt & illa feruenti ac acri potètiâ prædita; quæ

N 3 vel

Ad secundas.

vel expultricem stimulant, vel materiam capite conceptam liquant, aut attrahunt; maximè ex ventriculis cerebri prioribus in eam partem quam ab usu *χρόνιος*, quasi infundibulum appellant: inde in os decidit, ac excernitur.

Ufus.

Ad capitis, dentium, & asperæ arteriæ affectus, commodum remedium: maximè inueteratis studet malis, vt in stupore videndi, surditate, faciei & capitis pustulis, & cum exulceratæ nares vlcus habent, vt auertant alluuiem.

Materia.

Hæc præstant hyssopum, nicotiana, origanum; ptarmica, staphysagria, hyssopum; radices acori, iridis, costi, gentianæ, valerianæ, zinzib. galanga.

Fructus, cappares, ficus, passulæ, amygdala amara, nux moscata, caryophylli, piper, scilla, sinapi, raphanus, nigella, grana paradisi, & talia quàm plurima; nux cerasorū, prunorum. His adduntur mel, cera, mastix, gummi ammoniacū, myrrha, castoreum. Sint saporis grati.

Simplicia illa masticantur; aut quædam linteolo inuoluta manducantur: vel in puluerē versa, succis excipiuntur, ac in trochiscos rediguntur, lupinorum magnitudine: vel ceræ albæ miscentur.

Quando.

Manè mandi debent, mediâ horâ: maximè prono capite, ante cibum vtiliter manducantur.

Quantitas præscribitur, à semuncia, ad sesquunciam.

Ad dolorem dentium à frigore.

Dentium.

Pyrethri, piperis cuiusq. sesquidrachma: masticis vncia: misce; ad horæ dimidium mandantur ante cibum. Vuæ passæ gigartidis ablatis

misceri poterunt. vel præscripta linteo in nodum colliguntur.

A calore: acetum in quo semen scenugræci coxit: ore teneat, & expuat.

Interdum melle & cera excipiuntur: vt ad dolorem capitis:

Masticis tritæ, semuncia, ex melle redigatur in pastillos, lupini formâ: vnus ad horæ dimidium mandatur.

Vel ꝛ. zinziberis, sinapi, cuiusq. drachmam: euphorbij, scriptulos duos; piperis, semidrachmam; excipiuntur melle & cerâ: fiant pastilli. *Exemplum*

Vel ꝛ. zinzib. caryophyllorum ana ꝓ. pyrethri, piperis, ana ꝓ. staphysagriæ, ꝓ. ij. mastiches ꝓ. i. fiant pastilli, additâ cerâ. vel ꝓ. ij. corticis capparis adduntur. Interdum pulueres, vuarum passarum semunciâ excipiuntur, & panno lineo in puppam colliguntur. Folia sicca nicotianæ in puppam collecta.

Alius.

ꝛ. pyrethri, mastiches, vtriusque vnciam, ex cera in pastillos auellanæ magnitudinis formetur. Alius, staphysagriæ, pyrethri, zinziberis, cuiusque bini scriptuli: masticis drachma: ceræ semuncia: fiant pastilli parui: ratione ceræ consociantur cuncta hæc.

Fit & ex humidis, cum acrium decoctum ore tenetur.

Vt hyssopi, thymi, origani, saluiæ, cuiusque pugillum, vuarum pass. staphysagriæ, singulorum drachmæ binæ: carpesiorū drachmæ tres; sinapi drachma: coquantur ex aqua. *Humidi*

Ad sputum sanguinis ex gingiuis vel trachæa arteria, manducetur portulaca. *AB*

CAVIO.

Sint grato odore imbuta, quò diutius citra tædiũ ore versentur. Abstinentũ ab his, in vlceribus oris & gutturis: pulmonum inflãmationibus, & in catarrhis, qui viam ad pulmones affectant: quare nec his obnoxiiis præscribantur, vt nec in vlceribus pulmonum, ne humor eò assuetudine malã repat: quare errhinis potiũs indulgendum.

Si quid hæserit palato ab horum vsu, aquã subtepidã, vel ex decocto liquiritiã, & hordei eluatur.

A purgatione totius corporis, horum solemniss vsus sit. Antyllus volebat vt alius pridie, medicamento eiecta esset.

ANNOTATIO DE MASTICATORIIIS & ERRHINIS.

Sunt hæc calida, leptomeriã insignia, acria: sint suavis odoris, & saporis, (nam illis res cum palato est) vt recreent spiritus animales, & vt irritetur facultas expultrix acribus, quò deponat materiam, capite conceptam. Nihil maligni hæc habeant, quemadmodum colocynthis, scammonium, turbith: nam oris membrana eadẽ cum stomachi tunica est; quare læso ore, ac œsophago, ventriculum rapiunt in sui affectionem: & hinc cibi tetri & amari illis videntur. His dicit abstinentum Galenus, nisi vrgeat necessitas; & vrgẽtne necessitas cum ex vehementia doloris capitis metus apoplexiã imminet, epilepsia, cæcitatiss? nõne hinc maius creatur periculum quàm ex affectibus oris? quare dico, his interdum vtendum esse. Sed dicet quis, hæc re-

media quæ proprietate educunt, huc non pertinẽt, vt rhabarbarum, scammonium. Respondeo: Gal. 2. *κτ' τόπος* vtitur sternutatorio ex colocynthide; Auicenna vtitur syrupo rosato solutiuo cum scammonio; & cum bilis miscetur pituitæ, addit turbith; & si cõtumacior fuerit pituita, addit colocynthidem. At dicunt neoterici, pharmacũ non agit nisi eius potentia in actum euocetur: id autem fit vi caloris, qui maximè viget in ventriculo; quo igitur consilio apophlegmatissmis & errhinis imposuit Auicenna hæc pharmaca, quæ peculiarem humorem trahunt?

Respondeo, rectè percipiendum esse quo modo pharmaca ducantur in actum. Scripsit Auicenna libro de Viribus cordis, capite de Hyacintho, ita pharmaca agere vt electrum, quod festucas trahit. & quo modo ducitur id in actum? Primò, si remotius fuerit, nõ attrahit festucas. Secundò opus est vt fricetur & incalescat; nam vis electri, ad paleam fundi debet.

Ita pharmacum peculiarem humorem euehens, non eget re alia, quàm vt vis eius ad humores vacuos veniat; id vt fiat, debent incalescere, & in tenues partes deduci. Sed dicent, pharmacum in ventriculo longam moram trahit, priusquàm attrahat, & tamen ventriculus vberrimo circũfluit calore, at in ore vel naribus statim trahit: Respondeo; cunctatur eius actio in ventriculo, quia ex remotis locis trahit. igitur falsum est quòd tantum exceptũ in ventriculo purgationem moueat. Sed dico his tamen non vtent-

Solutio.

ali' rayant.

Quæ ca-
menda.

Quæstio.

vtent-

utendum absque necessitate, sunt enim ingrata.

Ad bilem

Præterea si bilis in vitio fuerit, lenioribus utemur; fortioribus si pituita. Etenim bilis tenuis est, & caput ab ea calet, ac vltro stimulat; non ita pituita, nisi putrida, aut lapsa fuerit.

Fortia.

Fortissima sunt aloë, scammoniū, turbith, succus lithymalorum, cucumeris agrestis, staphysagria.

Usibus

grata.

Non ingrata, & satis fortia, sinapi, piper, zinziber, pyrethrum, acorus, nigella. Cum oleo caryophyllorum. Aromata ex succo nasturtij, iberidis, cum oxymelite scillitico, cum ladano.

Lenia.

Leniora ut mastix, myrrha, thus, origanum, serpillum cum succo betæ, & cera cum succo foliorum hederæ; & in errhinis hæc ponuntur cum oleo violato, amygdalino, cum caticis, cum gossypio. Dentur semper parua copia, & mole. Hæc eousque dantur in capitis grauitate donec caput omnino purgatum sit, (prouisione totius corporis prius habita) hoc est: si grauitas adfuerit capitis, dum illa absit: & dum adhibito medicamine nihil amplius emanat ex capite, id enim puri capitis indicium erit.

Observatio in capitis dolore.

Cautiones.

Si tenues sint succi peccantes, ut bilis, ab usu masticatoriorum abstinendum. Si adsit phlegma crassum, & bilis crassa, adde scammoniū turbith. Non sint pulmones obnoxij fluxibus in horum usu.

Hæc pericula si absint, præcelent apophlegmatismi errhina: dum enim sanitate fruatur cerebrum, per palatum, & non per nates purgatur: commodissimus est enim lo-

cus oris purgationi pituitæ.

℞. caricarum pinguium, masticis, ceræ ana ℥ ij. misce; fiat masticatorium. vel solum masticen mastice; nam dicit Dioscorides *σοματός ἡ ἐυωδία ποιῆται διαμαστωμένη.*

Validius.

℞. sinapi, piperis, pyrethri, ana ℥ j. ladani, ceræ, ana ℥ ij. misce, fiat masticatorium. Ab ingratis, ut staphysagria, abstinendum, cum grata alia sufficiant. Cum aridiores res non recte cohererent, plus ceræ iungatur.

COLLYRIA.

Sunt proprie medicamenta oculis dicata: quæ in tenuissimum puluerem læuigantur, in formam alcohol, ut aiunt Arabes. quauis interdum eo nomine utantur, pro quolibet remedio liquido, quod puluerem remixtum habet.

Apud veteres *κολλύειον* erat medicamentum teres, variis vsibus comparatum; in modum ferè magdaleonis coherens. Olim enim reponerentur; & interdum integra in usum vocabantur, aut in puluerem soluta, qui liquore vel linimento exceptus, oblinebatur parti: aut suffitu eam rigabat.

Hæc fuit figuræ ratio; dictum enim *κολλύειον* quasi *κολοβὴν ἕρα*, quod esset mutilatæ caudæ forma, siquidem *κολλύειον πέτραν* dictam à Callimacho Suidas *στρογγύλιον* interpretatur. Olim enim simplici λ scriptum fuit: quamuis sint, qui malint *κολλύειον*, *παρὰ τὸ κολλᾶν τὸ ῥέον* dictum, hoc est, quod comprimat fluxionem, vel *παρὰ τὸ κολλῆειν*. Veteres variis partibus admouerunt, imò & sedi indabantur, apud Aëtium de Dysenteria, &

Vetus.

Unde dicitur ἕρα ἢ ῥέον.

ria, & Scriboniū Largū ad Tenes-
mum, forma nuclei pinei. & Colu-
mella 6. lib. 6. Attamē in oculorum
morbis præcipuū vsum semper ha-
buere, adeo vt eorū præstantia & co-
pia, veteres certasse, vel luisse vide-
antur. Ob oculi enim præstantiā, &
viuidū sensum, cū (vt cæterarum
partium tædia) horū vitia nō leni-
ter ferāt homines, sed perpetuò re-
mediari velint; non iniuriā, ob glo-
riam curandi huic ardentius incu-
buere: gratissimi enim mēbri cura,
famā de medico gratissimā refert.

Ufus. Vsum eorum est ad inflammatio-
nes oculorum, vulnera, vlcera, fistu-
las, suffusiones. Sunt triplicia: Li-
quida, (proprie iam collyria voca-
ta) sicca, & quæ linimenti, vel mel-
lis spissitudinē gerunt. Vt varia eo-
rū est idea, ita variis oculorū vitiis,
ac eorum partibus accomodantur.

Liquida. LIQUIDA, oculorum angulis
inseruntur, inflammationes leniunt,
eucto promptè calore, cū peruia
sint leptomeriā. Fabricantur ex
succis, muccaginibus, & liquoribus,
oui albo, herbis, seminibus,
fructibus, metallis, fclibus, &c. His
vel fluxum humorum inhibemus,
resoluimus, detergemus, vel placa-
mus dolorem. Præscribitur liquor
ad tres vncias, quibus inditur pul-
ueris drachmæ vnius ferè pondus.

Ut ex aqua rosarū, myrti, plātagi-
nis, portulacæ; his parū albuminis
ouorū iungitur, ne tā facile diffuāt.

Sicca. SICCA, in pollinē læuigantur. hoc
in censu sunt & trochisci. Hæc vel
oculis insufflantur: vel liquore ex-
cepta humidū in collyriū abeunt.
Cū hæc succo excipiūtur, in lini-
menti vel mellis crassitiē abeunt; &

cū adipe, vel pomata, vel oleo, exci-
piuntur. Hæc, quia cotumaciū hæ-
rent, certius vim imprimunt; quæ
mellis characterem exprimunt, pu-
pillæ magis cōferunt, & palpebris.

Peculiare quoddā remedium est
axungia coturnicis; & succus quin-
quefolij flore albo, succus ex radi-
ce, nam & membranam adimit, &
phlegmonem sopit: at in eius vsu,
oculis superpone stuppam madi-
dam aquā rosatā, albo oui, & bolo:
& aqua euphragiæ, rutæ, verbenæ,
fœniculi, chelidonij. Succis antiqui,
& lac non recens mulctum, acria
sunt, & oculis noxia.

Repellens ad feruorem oculorum.

Accipe aquæ myrti, rosarum, vel
plantaginis, cuiusq. vnciā: albumi-
nis ouorū dum in aquā tenuem eli-
quescat cōcussi semunciam; misce.

Aliud.

Accipe oculis dicatas aquas, ad-
de euphragiæ aquæ, & fœniculi
singularum semunciam; & loco al-
buminis oui, tragacanthi & cerusæ,
drachmas duas cuiusque.

Id efficit & aqua portulacæ, vio-
larū, & earū succi, cum aqua rosa-
rū, vel pomorū, vt & cotoneorum;
qui, si fluxi fuerint nimium, resta-
gnabunt granis adiectis tragacan-
thi, vel albumine ouorū, vel semine
psyllij vel cotoneorum; vt quæ &
mitigēt & refrigerēt. R. aquæ ro-
sarum, drachmas duas: vini albi,
semidrachmā: pompholigis præpa-
rata, scriptulos duos: fiat collyrium.

Lenti cremores initio cū nil
resudat conferunt: at cocta mate-
ria, meliloti decoctum, &c.

Ut & micæ panis albi vncias
duas, macerentur decocto chamæ-
meli,

O

meli,

*Ufus com-
pertus.*

Exempla.

*Tempora
quo.*

meli, & meliloti, exprime & adde croci ℥j. s. si feruor sit, adde lac muliebre. tandem adde coque tibus detergētia, thus & sarcocollam lacte nutritam, vel aquā fœnugræci, & maluæ; nam sarcocolla digerit & coquit; adde myrrham, aloën, & metallica, vt tutiam, antimonium.

ANODYNA: dolorem placantia.

Aquæ violarum, plantaginis, singularum sescuncia; trochiscorum Rasis cum opio, semidrachma: albuminis oui, succi fœnigræci in aqua rosata loti, cuiusq. semuncia: misce. Nam fœnigræcū dolorē placat & influxa exhaurit. & quoq. pastilli hæc agunt: quare in statu, cum laxat habenas dolor, his vti licet.

Vel: Accipe pomatam curiosè confectam, ne quid acris habeat, misce trochiscos albos Rasis: angulo magis rubenti, digito leniter imprime, dum se fundat collyrium.

Vel: Accipe decocti fœnugræci, sescunciam: mucii seminis lini, vnciam; sacchari candi, semidrachmam; croci semiscriptulum; misce.

Lac muliebre cum tragacantho & gummi Arabico, & albo oui, ineunte morbo.

Detergentia & resoluentia.

Hoc collyrio quod olim precio & prece emi, quidam magnam pecuniā fecit, ac ab hoc nominis celebritate ornatus fuit: est enim hæcenus abditum & elegans potentiā.

Accipe calaminaris lapidis ter vsti, ac bis in vini aceto extincti, scriptulū vnū: myrrhæ, plumbi vsti ac loti, cuiusq. semiscriptulū: croci or. grana quinque: opij, gr. duo: aris vsti, scriptulos quatuor: decocti fœnigræci, vnciam. Terantur omnia

super lapidem pictorum fiat collyrium Interdū & ex axungia recenti lota terebat. Extertis oculis spongia imbuta aquâ tepidâ, quæ vim habet fœnugræci & seminis lini, manè penicillo illinatur, quinquies aut sexies ante prandiū, & vespērâ quoq.

Albugines & oculorum pustulas, tum pruritus absterget.

Aliud detergens.

Accipe thuris, myrrhæ, cuiusque scriptulū: tutiæ præp. & antimonij loti, cuiusq. semiscriptulum. Cum succo chelidonis siccet in vmbra.

Aliud.

Accipe fellis perdicis, vel leporis, vel potius piscium (minus enim acre eorum fel) cuiusque semidrachmam: succi fœniculi drachmam. sacchari Candi drachmas duas, cum syrupo rosato, quantum sufficit, fiat collyrium.

Dum fœniculū in caulem surgit, ille abscinditur, eius fistula repletur saccharo cando, dum in liquorem tabescat, qui oculis infertur.

Albumen oui duratum, teritur cum vitriolo pauco vsto, linteo exprimitur: ille liquor vehementer membranulas absterget.

Πολύχρηστον.

℞. Euphrasie, fœniculi, rutæ, agrimonij, stratiotis, quinquefolij flore albo, pulegij, testiculi canis, telephij, anagallidis, plantaginis vtriusque, fatfaræ, hederæ terrestris, polygonij: solani, bethonica, lilij siluestris, intybi, verbenæ, absinthij, singularum manipulum. Omnibus contusis, vinum album vetus, mel optimū, vrina masculi nō dum trimuli, hæc singula æquali mensura stanneo vase, herbis infundantur;

tur: octiduum macerentur in cella; hinc balneo maris ter distillentur.

Hæc aqua ruborē oculis adimit, & restagnantes instar membranarum humores absterget, fluxus ac dolores abigit, visum acuit.

Aliud NOBILE.

Nobile. Pompholigos vnciæ binæ, super laminam ferri, nouies excalescant, ac toties sesquilibrâ vini Maluatici extinguantur: Hinc in pollinem læuigentur, ac cum oleo macis misceantur, & cribro traiciantur: vitro excepta ac dicto vino affuso macerentur sole, dum illud flauescat instar auri.

Oculis auxiliatur inflammatis, maculas, vnguem, fugillationem, cicatrices, albugines, pustulas, plagas, &c. abigit.

Plurima apud Galenum, Paulum, Græcos omnes, & Mesuem composita describuntur: ex quibus polydædala varietas effingi potest, ac rebus præsentibus accommodari: nam præstantium, validaque vi præditorum quorundam obsoleuit vsus, quæ laude non parua reuocari possent. Quæ, vt materiâ, & viribus diuersis constant, sic varia sortita sunt nomina.

Cautio. *del.* **CAVTIO** in cõpositione. Celsus in Philonis collyrio & Oribasius monent, singula seorsum læuiganda esse remedia; diu metallica, sobrius succos, liquore parcè affuso, ne metallica fidant. Et tandem gummi colligentur ne diffluant; vasisque vitreis reponantur, aut æneis. Vsus cum hæc euocat, liquore diluantur. vere, paranda sunt sicca: at humida, in rem præsentem: quia æstate vis eorum expirat, at

hyeme cum horridæ & rigidæ sunt res, non miscentur.

Repellentia vel stringentia non nisi euacuato capite admoueantur; qualia pompholyx, spodium, amyllum, plumbum, cadmia, samius aster, & oui candidum; alioqui metus erit, ne distentæ oculorum venæ rumpantur.

INSTAVRANTIA.

Vsum habent vbi vires ab exhausto laborant, vi morbi, aut nimia euacuatione.

Præscribuntur ex pulueribus aromaticis, conseruis odoratis, cum capo, duplici vase coquuntur, dum eius pes extractus, filo qui alligatus fuerat, coctus apparet. *Materia.*

Conseruæ, vt boraginis, buglossi, nymphææ, corticum citriorum, violarum, rorismarini. *Conser.*

Pulueres vt cinnamomi, caryophyllorum, diamargariti, de gemmis, diarrhodonis. *Pul.*

Aqua rosata, buglossi, acetosæ: *Aqua.* vinum, omphacium, acetum. Ego iubeo ex crure bouis, musculosæ minimeque pinguis carnis, libras tres accipere; interdum & ex veruete, imò & capones. in tenues partes atteri cito; passulas Corinthiacas addo, & parum cinnamomi & vini, in duplici vase, ex alto fœteli rectè obturato, horas xij. coqui iubeo. *Optima.* Hinc setaceo infusa, torculari subdo; exprimitur genuinus succus, qui parua mole, magna vi nutrit. Pinguedo quæ in peripheria restagnat; inutilis est agris: attamen non abstergenda est ante vsum succi: cum à situ vindicet subiectum succum, & propterea amplâ patinâ excipi totum succu iubeo: quò spaciosius *legatur*

tegatur pinguedine succus. Gelatinæ huius cochlear vnum aut alterum exhibeo cum paucis vino, vel succo granatorum.

CAVTIO.

Aromatis si pluribus opus fuerit, non vnâ coquantur, sed iâ cocta ferè carne addatur: nam ob insignem leptomeriam in tenues euanescent auras. Aurum his non concoquatur; nihil enim inde quàm hydrargyrum & sordes absterget coctio.

CAUTIONES quædam obseruanda in mixtione medicaminum.

Quæ reliquis adferunt consistentiâ, superare in cõpositis debent, vt mel & saccharum in electariis: oleum, in vnguentis, &c.

Quarû vires maximè petuntur, pleniore manu imponenda: vt hiera accipit aloës drachmas centum.

Quæ magnam molem exiguis vitibus gerunt, à pilulis excludenda sunt, vt flores & fructus.

Ingrata.

Quæ sunt ingrata sapore, odore, consistentiâ, aut inimicâ qualitate prædita, parua copia dentur: vt lachrymæ, sabina, castoreum, sinapi, absinthium, pinguiâ, vitriolum, sulphur, &c.

Deducen-
tia.

Deducentia remedia ad locum morbi, exigua quâritate addantur, nisi affectui studeant. Ita & corrigentia & stimulantia, vt zinziber à granis iij. ad vj. additur agarico, in pituitosis affectibus. Sal gemmæ, à granis 6. ad scriptulû vnum. ita colocynthis, quæ lacte castigatur, aut muccagine psyllij, vel tragacanthi.

Quæ integra vorantur, exigua mole sunt danda: cum infunduntur, mediocri præbenda copiâ: in decoctis maiori quantitate iniicienda.

Semina.

Semina tēperata in internis remediis præscribuntur à ʒj. ad ʒj. vt malua, lini, fœnugræci. Quæ acriora, ad ʒj. vt semen cumini, seseli, carui, ameos: nasturtium, & thlaspi, & sinapi, quia acriora, ad ʒj. diuretica, à ʒj. ad ʒiij. vel ʒʒ. verum cum pharmacis purgantibus, à ʒj. ad ʒj. ne ad vesicam reuocent materiam. In pectoris morbis, ne expectoratum siccent, aut ne acrimonia nouam fluxionem accersant, ad ʒj. Quæ flatus eiciunt, in decoctis, ad ʒij. in clysmatis ad flatus, surgendû ad ʒvj. in antidotis ad ʒiij. verum calentiſſima dentur ad ʒj. in decoctis ex aqua. In externis autem à ʒiij. ad ʒj. s.

Frigida semina maiora, à ʒij. ad ʒj. verum laxantibus remixta, ad ʒj. in enematis ab ʒs. ad ʒj.

Fructus hederæ à ʒj. ad ʒʒ. myrti ad ʒij. Ita semen rosarum & vuarum. Coriandrum, ad ʒs. cum saccharo: grana tinctorum, ad ʒs.

Aceto indita acria, mitescunt; vt sinapi, & coriandrum. & fatua insipida, acrescunt ab aceto.

Aceto.

Ligna preciosa ad ʒj. vt aloës lignum, & santala, saxafras. Ignobilius, ad librâ, vt fraxini, tamarisci.

Ligna.

Animalia in puluerè assata, grata si fuerint, dantur ad ʒs. alia ad ʒj.

Animalia.

Fel auiû ad ʒj. quadrupedû ad ʒij. piscium ad ʒiij. cornua, & concinæ vstæ, ad ʒij. vel iij. ablutæ & extinctæ. vnionum ʒj.

Serum lactis primò detur ʒiij. mensurâ. cottidie accrescat ʒj. dum ad ʒx. ventum sit: & codè filo decrescat.

Coagulum, ad gr. xij.

Terebinthina ad deterſionē ad ʒiij. cum

3 iij. cum saccharo: ad 3 β. cum alius ducenda.

Pix arida ex ouo, ad 3 j. l. vel ij.

Saccharum crystallinum magis siccat, & deterget; in pulueribus à cibo, sit minor copia eius: ita in veteri rebus. cū aqua rosata paratū, confert calidis. Clysmis inditur, ad 3 iij.

Sulphur ad 3 j. intus datur.

Medicatae terrae à 3 j. ad 3 ij.

IN praescriptis maxima quantitas primò ponatur, minima vltimò; & primò quae prolixiori egent coctione & praeparatione, vt radices: & nobiliora: & quod vice materiae est.

Primo loco sint radices aperientes, attenuantes; tum ligna nō odorata, & cortices. Deinde folia herbarum; & tertio loco fructus: quartò, semina. vltimò flores, & odorata, & purgatiua. Et si quae fuerint infundenda vel in pollinem vertenda, ea primo loco ponantur: ita quicquid prolixā paratione eget. Et perpetuò eorum quorum plenior copia est praescribenda & praeparanda, primò fiat inscriptio. quin & nobilioribus primus debetur locus, vt consocianti materiae postremus: vt aloë in pilulis, melli in electariis, ceræ in vnguentis.

Si quid sit quod infectam vim remedij domat, id ilicò subnectatur, vt spica post rhabarbarum: post opium, myrrha, castoreum vel crocus.

CONFITURAS ita exasperant. Materia condienda aeneo vasi inditur, quod duabus ansis suspenditur super carbones, mouetur quoquoersum, dum calescant ea res quas inditas gerit. Calfactis infunde parum sacchari ex cochleari

ferreo, non procul à margine vnico foramine perforato, continuoque agitetur, dum siccescat saccharum. Dein repetitis vicibus nouum instillatur saccharum, idque dum iuste confitura crassescat. Crispatur autem peripheria ex alto saccharum praecipitando. Si conglobentur nimio à dato saccharo, vel neglectim agitato vase, manu affricati soluantur nodi. Dein cribro imposita, loco calido & sicco seruentur. Alij ita aspredine ornant; vasi calfacto medio quid sacchari infundunt, quod cochleari hinc inde diffunditur: vbi bullae efflorescunt, aliquid confiturae iam saccharo obductae inditur, & strenuè gyratur ne fundo se nectat. Mox, ablata hac, noua materies infunditur, eademque historia peragitur. Rubescunt à santalis, Brasiliae ligno, rubiâ, laccâ, floribus amaranthi: croco flauent: virescunt succo anethi, solani, rutae: nigrescunt succo corticum iuglandium, gallâ, myrobalanis, aceto, aquâ vitæ, alumine.

Hæc vsum suū postea aperient, vbi de lenientibus, praeparantibus, euacuantibus, & corroborantibus. Etenim his semel perspectis, cum simplicia medicamina partibus peculiari vi studentia, ac cum morbifica materia pugnantiâ, comperta fuerint, facile, imò vltro colligentur in certam remedij formam, quae alioqui vbique proponenda foret, non sine inutili mole, ac ingeniorum tædio. Rectè Pindarus, Παντός ὀρᾶν μέτρον, μηδ' ἐν ἄγαν: hoc, inquit Alphæus, ἄγαν μετέρπει.